







Signat. Top.

Est.	47
Tab.	8
Núm.	5

6° 927



G A L E N I
L I B R O R V M
SEXTA CLASSIS
DE CVCVRBITVLIS, SCARIFICA-
tionibus, Hirudinibus, & Phlebotomia.
principio artis remedio tradit.

SEPTIMA HAC NOSTRA EDITIONE,
 non parum ornamenti adepta: locis pluribus
 quam in alijs superioribus editionibus,
 ad gracorum librorum fidem
 emendatis.

Locis Hippocratis in margine signatis.

Et alijs etiam Annotationibus additis.

Librorum index versa pagina continetur.

Ογγειας κλινικη.



Venetijs, Apud Iuntas. M D XCVII.



F. 19. v.
QVÆ SEXTA CLASSE
HABENT VR.

GALENI De Hirudinibus, Reuulsione, Cucurbitula, cutis Concisione, siue Scarificatione, Ferdinando Balamio Siculo interprete.

ORIBASII De Cucurbitulis, Scarificatione, Hirudinibus, Deriuatione, & Reuulsione sermo ex septimo & octauo Medicinalium collectionum ad Iulianum Imperatorem libro. Augustino Gadaldino Mutinense interprete. 3 De Venę sectione aduersus Erasistratum liber, Iosepho Teclandro Cracouiensi interprete.

De Venę sectione aduersus Erasistrateos, qui Romę degebant, eodem Iosepho Teclandro interprete.

De Curandi ratione per sanguinis missionem liber, Theodorico Gaudano interprete.

Hos libros omnes multis in locis expurgauit Augustinus Gadaldinus mox sunt à Ioanne Costao recogniti. Nunc postremum septima hac editione Fabius Paulinus Medicus, & Græcarum litterarum professor publicus Venetijs cum Gracis codicibus, tum impressis, tum manuscriptis collatos emendauit.



G A L E N I
DE HIRUDINIBVS, REVVLSIONE,
CVCVRBITVLA, CVTIS CONCISIONE,
SIVE SCARIFICATIONE

Ferdinando Balamio Siculo interprete

De Hirudinibus.

C A P. 1.

Non nulli captas hirudines includunt, eaq; ad multiplicem usum accommodant. Vbi enim mitescunt, carni facile admouentur. Quæ uero modo captae fuerint, per diem adseruandæ exiguoque sanguine alendæ sunt: atq; ita fit, ut quicquid virulentum in se continent, exprimatur. Quando autem ijs uti opus est, ea pars, cui hirudines admouendæ sunt, nitro prius fricanda, inungendaque, unguibusve ipsis scalpenda est, hoc enim pacto audiens adhaerescunt. Oportet etiam eas ipsas in tepidam aquam, quæ uafe lato & mundo contineatur, infundere, mox spongia comprehensas mucore & sordibus manu purgare, atq; ita admouere. Vbi uero admotæ fuerint, ne ea pars, cui inhæserint, frigescat, oleum tepidum superinfundes. Si autem manibus aut pedibus affigēdæ sunt, in aquam, in quam hirudines iniectæ sint, manus, aut pedes immergantur. Si uero non firmiter hæserint, earum caudæ forcipe incidendæ sunt: nanque ita, ubi sanguis effluxerit, ab attrahendo non desistunt, donec cinere aut sale os earum aspergatur. Postquam autem exciderint, quod relinqui ab eis uenenosum solet, cucurbitula exhauiendū est: uel si id minime fiet, sotu per spongiam adhibito utendum est. Quod si inde cruentæ lachrimulæ adhuc effluxerint, farinam cymenumq; admoueto, lanamq; subinde modico madentem oleo alligato. Cæterum si manare sanguis nō desinat, linteolum aceto madefactum, gallamve combustam, uel spongiam in liquidam ante picem immissam mox crematam, imponito. Illud quoq; compertum habere oportet, hirudines ipsas sanguinē illum attrahere, qui carni adiunctus est non, qui in imo corpore cōtinetur earum uero usus pro cucurbitulis esse solet. Præterea remouendæ tunc sunt, cum dimidiā sanguinis partem extraxerint. Quin etiam prohibendum, nec permittendum est, ut sanguis eo usque effluat, quoisque sit satis: si quidem pars ipsa frigescit, tum ob ipsas hirudines, quæ natura frigidæ sunt, tum etiam ob aerem ambientem.

De Reuulsione.

C A P. 2.

Vehementes humorum fluxiones reuulsione cohibendæ sunt, ne nimium cōfertæ aliquin prorumpant. Sunt autem remedia, quæ per reuulsionem adhibentur, huiusmodi. In pectus uidelicet, aut uentre, si quid defluxerit, ad manus retrahendū est: uomitus uero ad partes inferiores: ueluti quæ ex acribus clysteribus fluxiones proueniunt, uomitus contra præsidio auertuntur. His uero ambabus fluxionibus, cū superior atq; vna inferior uenter urgetur, eas ad vrinā sudore remq; reuocabimus: vrinæ autem fluxum ad sudorem, aliiq; deiectiones. Est quoque auxilium, quod ex diuersis contrarijs partibus reuelliit cucurbitula, si mammis proxima apponatur. Itē ad iumento est, si ubi nimium sanguinis fluit è naribus, aut per loca muliebria immodici effluxus labitur, præcordijs (hypochondria Græci dicunt) affigatur. Acria quoq; medicamenta* finibus ad * κόλποις. i. simota, eas fluxiones retrahunt, quibus caput aut uiscera uexantur. Atq; ut summa rem cōplete tar nubus, sed legen ita reuulsio efficit: In humoribus uidelicet partes superiores potentibus, ad inferiores: & cōtra, si dum est nubes artibus. inferiores petant partes ad superiores: & contra, ad dexteram similiter partem aut laevam, item in anteriorem aut posteriorem, si quid defluxerit, ad appollitas partes reuulso facienda est.

Sexta Clasis.

aaaaaa 2 De

DE CVBVRB. ET SCARIF.

De Cucurbitula.

CAP. 3. E

CUcurbitulæ purgatis prius corporibus utiles quidem, sed in repletis (quæ plethorica Græci vocant) prætermittendæ sunt. Idemq; initio phlegmones, si uel cerebrum ea, uel cerebri membranulas, uel alias corporis partes occupauerit, seruandum est, eisq; abstinendum: sed cū nihil amplius adfluxerit, totumq; exinanierimus corpus, & usus rei inflammatis uel mouendæ uel amoliendæ, uel extrorsum abstrahendæ tulerit, illas adhibebimus. In his quoque affectionibus dum gignuntur, non quidem membris ipsis, quæ coeperint laborare, sed eis quæ laborantibus coniuncta fuerint, reuulsionis gratia cucurbitulæ sunt imponendæ. Initio uero quæ repercutiendi uim habeant, sunt adhibenda. Cucurbitula exhausta materiam, dolores soluere, phlegmonem minuere, inflationes discutere, appetitiam cibi excitare, imbecillo uentriculo uires restituere, animi deliquia leuare, si quæ profundas partes fluxiones infestent eas trâsferre, & sic care, sanguinis eruptiones prohibere, & quicquid menstrua uitiauerit attrahere, ijsq; alleuiationem præstare potest.

De Scarificatione, seu cutis concisione.

CAP. 4.

Corporis partes scarificandæ sunt, quæ phlegmone uel duritie urgentur, quæ uel tensæ fuerint, uel dolore aliquo affliguntur: quæque fluxionibus uexantur, ubi eæ ipsæ fluxiones desierint: aut cum acrem materiam subesse uiderimus, seu uis aliqua uenenosa extrinsecus illata fuerit: præterea si ab altera ad alteram partem deducere materiam uolumus, sicuti scarificationis cruribus, affecto capiti medemur: si que exuberans materia in corpore minuenda est, atque ob id potissimum exuberantia illa oriatur, quod materia ipsa, quæ emitti solet, supprimatur, scarificatione utimur: quæadmodum sanguinis profusionibus suppressis (quas hemorrhoidas Gre ci appellant) crura ipsa lota quidem prius, vel spongia calide fomento adhibito, scarificantur.

Eodem nanque anno venam frequenter incidere, minime quidem rationi cōsentaneum arbitramur: quandoquidem cum larga sanguinis copia uitalis quoque spiritus emit-
titur, quō sanè absumpcio, crebrius quidem moles uniuersa frigescit, tum anima
les functiones omnes deteriores redduntur. Quamobrem ab ignobiliori-
bus membris, utpote à cruribus sanguis educendus est. Vt ilis
quoq; oculis scarificatio est, quos diutinæ fluxiones inse-
stant: tum capit is uitij: item particulis quæ pe-
ctori dorsove adiunctæ sunt. Pro-
dest præterea compactæ
materiæ, angi-
næque.

Post hac quatuor capita, Oribasium de eisdem rebus ex Galeno & alijs praestantissimis medicis tractat. Et ante此 impressimus, ut pleniorum in primis de hac re cognitionem habeas: postea ut consideres, an supra scripta capita priuatum scripsit Galenus an magis ab aliquo ex Galeni & aliorum libris, vel ex ipso potius Oribasio excerpta sint.

ORIBASII

ORIBASII DE CVCVRBITVLIS SCARIFICATIONE

*Hirudinibus, Deriuatione, & Reuulsione sermo, in septimo & octavo
Medicinalium collectionum ad Iulianum
Imperatorem libro.*

Augustino Gadaldino Mutinensi interprete

EX LIBRO SEPTIMO.

De Cucurbitula ex libris Galeni.

CAP. 15.



Vcubitulæ euacuatis prius corporibus uriles sunt: nam ubi ea plethorica sunt, cucurbitulis non vtimur. Eadem etiam ratione, ubi cerebrum eiusq; membranæ phlegmone uexantur, cucurbitulis in affectuum principijs non vtimur, quemadmodum sanè nec in ulla alia particula phlegmone laborante: sed ybi tum nihil amplius influxerit, tum totum corpus ante uacuauerimus, vsusque postularit, ut aliquid eorum quæ in parte phlegmone laborante continentur, moueamus, eruamusque, vel ad exteriora extrahamus. Dum uero affectus etiamnum fiunt, cucurbitula minime membris laborare incipientibus, sed ijs quæ his continuata sunt, reuulsionis causa impo- nenda est: in principio verò repellentibus est utendum,

De cucurbitula ex libris Antylli, ex secundo sermone de euacuantibus remedys. CAP. 16.

CIN mediocris dolore & in similibus, leuibus utimur cucurbitulis, q; scilicet sine incisione aptantur. At in quibus roborare uolumus, uehementibus est utendum. In oppletis uero particulis, quemadmodum & in ijs quæ à corrupta uexatur materia, cum incisione admouemus. Oportet autem, antequam eas adhibeamus, uentre iam emollitum fuisse, aut omnino nullā infestantiū excrementorū adesse suspicionem: ac prius comedisse omnino, uel aquā prius bibisse à leui nutrimento & iā subducto. Maxime uero oportet, si sanguinem detrahere uolumus, ut primo pars parum fricitur: Postea si ruborem sufficientē, tumoremq; à cucurbitula acquisierit, scarificetur: si minus, tertio cucurbitula affigi debet, quo usq; pars tū tumefacta, tum rubefacta fuerit. Quod si ne tunc quidē tumor, nec rubor effectus fuerit, spongijs partes fouendæ sunt, quo usq; coloris euadant phœnici, & ita deinceps scarificandæ. At si quis præcognoverit corpora nō rubefactū iri, ueluti in ijs, q; pingue habent abdomen, uel in refrigeratis, & in mulieribus, quæ pepererint ante cucurbitularum applicationē cataplasma illis partibus imponendum est. Aliquando uero tumor ualidius à leuibus cucurbitulis fit, & colore liuidior: ac postquam scarificatus fuerit, parum uel nihil effluit: cum sanguis crassior existat, & quod antestat, sit carnosius. Itaq; in his, spongijs præcipue fouendus est locus, ac tenuis, beneq; fluxilis reddēdus est sanguis. Cauendū porrò est Dne prope mammas cucurbitulæ ponantur: incidētes. n. interdum in ipsis mammæ, & admodū tumescentes, difficultē reddunt auulsionem. Sanè applicandæ sunt cucurbitulæ cum modico igne: nam si uehementius apponātur, uapore inflamantes cōtendentesq; corpora, nihil effatu dignum attrahunt. Notū autem est ita figurandas esse partes, ut sanguis in ipsis non immoretur, crassescēt, impedimento sit effluxioni: sed vt pronus ad inferiora effluat. Post ablationē uero cucurbitularū, si quod extractum fuerit, tatis sit, partes postea curabimus: si nō tatis, cucurbitulas denuo apponemus. In capite cum multo igne haud sunt infigendæ: uehemēter. n. attrahunt, difficulterq; auelluntur. Quæ uero cum mediocri igne affiguntur, id qđ opus est, perficiunt. Quando autem non possunt nisi difficulter auelli, spōgijs ex calida eas circumplecti oportet: sic enim remittuntur: quod si ne ita quoq; remittantur, perforare ipsis oportet.

De Cucurbitularum differentia à materia & à figura sumpta.

CVcurbitularum differentiæ à materia sumpta tres sunt, vitreæ, corneaæ, æneæ. Nam argenteas, quia uehementius igniuntur, rejicimus. Aenearum frequentior est vsus. Vti etiam vi treis possemus, in quibus sanguinis vacuationē considerare opus est. Corneis item in capite uti

Sexta Clasis.

aaaaaa 3 possemus.

ORIBASII DE CUCURBITA.

possemus, ubi èneas difficulter a vultu iri existimaremus: & in timidis quoque, qui ob flammam E perterre fiunt. Quod ad figurā spectat, differentia præcipue in èneis est. Sanè elatiores, humilioribus magis attrahunt. Humiliores in capite magis accommodantur: propterea qđ haud uehementer trahunt. Quæ plana habent labra, corporibus latitudinē habentibus: quæ retinua, curuis & gracilibus commodius affiguntur. Quæ acutū os habent, illis competunt, in quibus scarificatione quidem non utimur, sed per levium cucurbitularum applicationē, uehementer attrahere uolumus, laborum acuitate ad attractionis uolentiā conferente. Quæ obtusa habent labra, tū in alijs membris tum præcipue in capite utiliter applicantur. Aenearum cucurbitularū tractus, quemadmodum etiam uitrearum, per ignem fit: Cornearum, sine igne: quippe in extremo sunt perforatae, cumq; aptantur, uehementer per foramen exuetæ, attrahunt: statim uero foramen digito, cerave clauditur.

De Cucurbitulis ex libris Herodoti, ex sermonibus de euacuantibus remedij. CAP. 17.

Cucurbitula verò potest * capitū materiam uacuare, dolorē soluere, phlegmonē minuere, inflationes discutere, appetētias reuocare, imbecillū, exolutumq; stomachū roborare, ani F tni defectiones remouere, quæ in profundo sunt ad superficiē trāsferre, fluxiones exiccare, sanguinis eruptiones cohibere, menstruum circuitus suggestere, φλοεποιοῦς δυνάμεις, id est facultates corruptionem inducentes (leu medicamenta mortifera) attrahere, rigoribus finē imponere, circuitus soluere, à cathaphora id est inclinatione in somnum excitare, somnos conciliare, grauitates alleuare. Hæ & his similes sunt cucurbitularum facultates.

De Scarificatione ex Antyllo, ex sermonibus de euacuantibus remedij. CAP. 18.

Scarificamus partes corporis aut phlegmone laborates, aut iduratas, aut distinctas, aut dolore affectas, aut fluxionibus uexatas, nimirū ubi iā fluxio constiterit, aut acri materia imbutas, aut ubi virulenta facultas extrinsecus inciderit: aut cum ex alijs partibus in aliā traducere materiam studemus, sicuti crura affecto capite scarificamus: aut ubi materia in corpore reducendā minuere uolumus, præcipueq; cū redūdātia fiat ob materiae, quæ de more expelli sit solita, suppressionē, sicuti suppressis hemorrhoïdibus, crura scarificamus. Sanè pars quæ scarificari debet prius, si fieri potest, lauanda est: si minus, aqua tepida quoq; rubefiat, est perfundēda, aut spōgijs fouēda, aut Soli, igniue exponēda, ac postea scarificanda. Infigēdæ verò sunt incisiones, in G cruribus quidem & abdomen, κατ' ἐνθυρίαν, id est per rectitudinem, seu longitudinem: in thorace item & dorlo ac ceruice, eodem modo: in capite uero secundum capillorum positionem: in fronte autē per transuersum. Magnitudine porrò inter se sint æquales incisiones: & quæ inter eas sunt interualla, inter se sint æqualia. Scarificationisq; initiū ab internis partibus sumatur: ita enim sanguis ad superficiarias partes decurrens, eam quæ scarificari deinceps debebit, non obscurabit. Incisionū situs per æquales inter se ordines fiat. Scarificatio autem non καταπληγὴ, id est per percussionem, sed κατὰ συγκόνην, id est per tractum, est facienda: hoc enim pacto crita dolorem fiet.

De Scarificatione ex libris Apollonij. CAP. 19.

Cum ad corroborationem & ad quancumq; corporis conseruationem, plurimam etiā haberi utilitatem ex sanguine cōpererim, qui sēpissime quidē quantitate abundat, aliquādo uero secundum qualitatem in deterius uertitur: opinatus sum ubi ipse abundant, immunitiōnem: ubi corruptus est, alterationem conuenire. Ac venas quidem sēpius eodem anno secare, nō esse idoneum arbitratus sum: considerans quod una cum sanguine multus etiā spiritus uitalis excēdit: nitur: dum aut̄ hic absumitur frequentius, uniuersa corporis moles refrigeratur, & omnia naturalia opera deteriora euadūt. Iudicau ergo ab ignobilissimis particulis, sicuti à cruribus, sanguinis extractionem per scarificationē fieri debere: quantitate habitu hominis usuque mensurata: Optimum uero præsidium est tum ad conseruationē sanitatis, tum ad eiusdem recuperationem, ubi ipsa ab aliquibus eiusmodi causis euerfa fuerit, Nemo tamen me phlebotomiā explodere suspicetur. Ego enim illam in maximis periculosisque affectibus non omitto: in quibus sanè abunde affatimque sanguinem effundere est opus: nam proinde ut affectus sunt uehemētes, ita quoq; affatim vacuationes faciēdæ sunt. Plethora autem commoderatam, quæ aliquād malī factura sit, ac iam euersionem in morbosum statū attingat, tibia quæ scarificationibus uexata fuerit, innoxiamq; totam, quam uolumus sanguinis illigationem reddiderit, crita ualidā totius molis commotionem, soluit: sēpius enim plus quam par sit, congregatur. Quare tardandū non est, ut, quotiescumque plenitudinis signa inciderint, ipsam eo quo ostendimus pacto, tollamus. Præstat enim tum uiscera, tum quæ in toto corpore sunt uasa, intemperate non repleri, neque distendi, sed potius in terminata quadam relaxatione esse, ut naturalis spiritus expedite permeare possit.

Scarifi-

A Scarificationem mulieribus, quae probe non purgantur, alijsq; multis affectibus prodeesse. C A P. 20.

M illic ad debitam purgationem deerat, id hac via uacuatur. Statutū autē purgationibus tēpus expectare oportet: tuncque cū nihil uel parum sponte fluxerit, catenus detrahēte hoc auxilio uti debemus, quatenus usus postularit. Quibusdā ēt mulieribus, ut de more mēstruæ purgationes iterum redirent, hoc auxilium maxime cōtulit: nam cōtinua in inferiores partes sanguinis eductio, inclinationem uiamq; ipsi præbet. Ego sane etiā ualde ætate prouectas, quibus iam pridē nihil mēstrui ferebatur, ubi aliqua corporea molestia conflictarent, hac curatione subleuo. Hæc enim mulierū propria est, multumq; habet efficaciam: quippe quæ naturalis excretionis modum imitetur. Porro uacuare interdū soleo scalpello, idest smilio: interdum autem per hirudinum applicationem. Oculos etiam cum quidam ex lōgo tempore ab incessibili fluxione infectos haberet, hoc præsidio sanatus est: cū nos alii etiā localibus circa oculos auxiliis usi fuimus, totiusq; corporis curā gessissemus. Senex etiam quidam, cum prius quidē longis, postea uerò breuioribus interiectis interuallis, a strangulo sa circa pulmonē angustia uexaretur, simili modo curatus est. Ea autem quantitas, quæ conueniens esse uidebitur, uacuanda est, refrigeratioq; est uitanda: ac nutrimentum deinceps cōmoderatum, tribus quatuorue diebus est, exhibēdum. Et sanè dum pestilentia uehe mens Asiā deprehendisset, multosq; perdidisset, meque etiā morbus attigisset, secunda morbi die, remissione* febris facta, crux scarificauit, duasq; ferè sanguinis libras detraxi: hacque de caula periculum uitaui. Plerique igitur etiam alii hoc præsidio vñi, superstites euasere, erant enim plenitudinis signa. Illique præcipue teruabantur, qui sanguinem copiosum exhauebant. Igitur capitī etiam dolores moderatos, tonsillarum phlegmonas, ac dolores circa latera recentes tollit: nam diuturniora eiuscēdi symptomata localibus scarificationibus dissoluimus. Quin & qui à morbo resumuntur, difficerterq; in naturalem sibi ipsis habitudinem redeunt, nihil æque sanè ad conuenientem bonamq; renutitionem ducit, ut sanguinis per scarificationem exhauitio.

De Hirudinibus ex libris Antylli, ex sermonibus de Euacuantibus remedis. C A P. 21.

Quidam captas hirudines diu includunt, eisq; ad multa utuntur. Ipsæ n. si mitescunt, carnē facile apprehendunt: cum aliae nō nunquā peregrine lese gerant. Oportet autem has quidem cum primum eas experti fuerimus, applicare: quæ uerò nuper capiæ sunt, per dies seruare, exiguum sanguinis pro nutrimento inicientes: ita enim earum uirulentia exprimetur. Sanè cum eis uti uolumus, locus cui hirudines applicandæ sunt, nitro prius fricandus, ac sanguine alicuius animalis, uel argilla liquida inungendus, uel fouendus, uel unguibus scalpendus: promptius enim apprehendent. Oportet autē ipsas in aquam tepidam & purā, in uale lato magnoq; contentam, iniicere, ut commotæ virus abiiciant: mox ubi eas spongia cōprehēderimus, ac mucorem lētoremq; purgauerimus, manu admouebimus. Atque ubi omnes inhæserint, oleum tepidū particulæ, ne refrigerescat, infundemus. At si manibus pedibus ue atfigēdæ sunt, pars ipsa in aquā, ubi hirudines sunt, iniiciēda est. Quod si etiam eis ubi replete fuerint, uti oportuerit, uel quia paucæ hirudines psto adfuerint, uel quia paucæ apprehēderint, earum caudas forpice incideret oportet: nā effluēte sanguine trahere nunq; definunt, quo usq; nos salē uel nitrum uel cine rem, earum osculis inspergamus. Vbi uerò exciderint, si locus cucurbitulam capere potuerit, p eius appositionē, virus extrahere debemus: ualide nimirum ipsam apponentes, celeriterq; auel lentes: si uerò cucurbitulæ capax nō fuerit, spongiis fouendus is est. Cæterū si corpora uel oscula sublachryment, mannā, uel cuminum, uel farinam inspergito, ac postea lanā pauco madentem oleo couoluit: sin sanguis etiam inde erumpat, linteola, uel aranearū telas ex aceto iniicto: aut gallam ustā, aut spongiam nouam pice liquida intinctam, ac ustā, imponito: deinde cartula aceto irrigata imponenda, ac illigāda est. Hæc autem in partibus quæ in medio corpore habentur, sunt peragenda. Nam in artibus (quæ grāce κῶλα, i. membra longa) hoc est brachia & crura appellantur) solū etiam uinculum pro cohibendo sanguine satis est: quod postero die soluendū est: siq; sanguis constiterit, abiiciendum, si uerò nō constiterit, eisdem utēdum est. Scire autē oportet hirudines non ex profundo sanguinē trahere, sed eum, qui carnibus adiacet, exegere. Eas autē in illis usurpamus hominibus, qui scarificationum incisiones pertimescant: uel in illis partibus, in quibus cucurbitula ob earū paruitatem, uel gibbositatem & inæqualitatem, aptari non potest. Hirudines auellimus, quando eius sanguinis, quem arbitrantur exhauiri oportere, dimidiā partem attractam fuisse cōiecerimus: & postea tan diu affluere permittimus, quoad qui satis fit, excretus fuerit. Cum uerò particula tum ab hirudinibus, quæ natura frigidæ sunt, tum ab aere refrigeratur: fouenda ipsa est, ac recalfacienda: sanguinisq; fluxus non per refrigerantia, sed per adstringentia & emplastica, ut diximus, est cohibendus.

De Hirudinibus ex Menemacho.

C A P. 22.

Hirudines locis affectis applicātur, uel eis, qui pximi nō pinguibus sunt: nā oleū earum appetitiā subuertit. Porro in angustiā stricti calami ab utraq; parte haud pforati, uel operculum parui calami, uel quidpiā simile, cū aptadē sunt, dimitti debet. Earū numerus à duabus magnitudini-

*Non oportet
ru, legeam pu-
tam. quomodo
n. misa can-
da rursum au-
cum nūm pos-
junt.*

ORIB. DE CVCVR. SCAR. ETC.

gnitudinibus loci nimis & affectionis, sumendus est. Auferantur, oleo calido earum fabiis **E** infuso. Mordacitas autem satis in partibus ulceratis exoluenda est. Quod post earum ablacionem efflit, digitus impositus cohibet. Excretionis quantitas ab hirudinum unctione conspicitur: sed euidentius ea etiam apparet, si congregata fuerit, quando hirudines a corporibus diuulsa sanguinem euomuerint. Sanè si hirudines ægre adhærescant, loci, quibus aptandæ sunt, superfcienterunt scarificandi: ubi enim illæ sanguinem gustauerint, audius ipsum appetunt.

EX LIBRO OCTAVO

De derivatione ex libris Galeni.

CAP. 18.

Deriatio (græce parocheteufis) eiusdem est generis cum euacuatione facta per particulâ, quæ fluxionem suscipit. Fit autem per aliquam uicinarum partium: exempli causa: quando per gurgulionem uel palatum fertur fluxio, per nares certe ipsius deriuatio cōgruenter fiet, irritationē à nobis facta uel prouocatione per acria medicamenta. Quando uero ad oculos uel aures succi uergunt, deriuare iplos non in nares tantum, sed & in ipsum etiam os debemus, medicamentum id quod ex origano & sapa confectionum est, idq; etiam quod ex synapi constat, diluenda gargarizandaq; exhibentes. Scimus etiā quod staphisagria, idest pedicularis herba, cōmanducata, pyrethrum, omniaq; id genus acria, succorum abundantiam, quæ in oculos uel aures ex capite fertur, ad os traducunt. Deriuatio etiam fit, si id quod per aperam arteriam in pulmonem defluit, ad stomachum diuertamus, hoc enim magis eligendum: nec secus etiam simulieri per sedis uenas sanguis irrumpat, eum quoque ad uteri uenas traducamus. Riuare igitur (græce ὀχέτινευ) est per riuos ducere: deriuare uero (id est παροχεπτίσευ) est à riuis ad latera diuertere.

De reuulsione ex libris Galeni.

CAP. 19.

Vehementissimos succorum influxus reuulsoriis præfidiis cōfertim ingruere prohibemus. Reuulsoria autem præidia sunt, uincula quidem artuum, ubi succi in thoracem & uentrē inclinant: vomitus autem, ubi ad inferiora declinat: quemadmodum etiam acres clysteres, ubi ad uomitum uergunt. Has uero ambas succorum inclinationes, eam inquam, quæ per superiorē, & eam quæ per inferiore uētrem fit, ad urinas ac sudores retrahes. Quin & urinas quoq; tum ad sudores, tum ad alui quoq; deiectiones reuelles. Reuulsorium etiā præsidium est, **G** quæ iuxta mammas apponitur cucurbitula. Quæ uero hypochondriis affiguntur, se- penumero sanguinis ad nares impetum potenter reuulsiſſe conspexistis: quem- admodum etiam sanè immodicas per uterum irruptiones. Acria etiā me dicamēta artubus imposta, succos ad caput, uisceraq; uergētes, reuel lūt. In summa, reuulſio facienda est, deorsum quidē, ubi succi ad superiora: sursum, ubi ad inferiora uergunt: & ubi introrsum, ad exteriora: ubi extrorsum, ad interiora: ita quoq; si dextroſum inclinat, in sinistrā: si sinistrorū, ad dextram reuulſio facienda est: sic sanè fluxiones quæ re tro inclinant, in priora reuellendæ: quæ in priora, in posteriore regio nem abducendæ sunt.



GAL. DE VENAE SECTIONE ADVERSVS ERASISTRATVM LIBER

Iosepho Tectandro Cracouiensi interprete

Denuo ab Augustino Gadaldino ad Cracorum exemplarum fidem emendatus

ARGUMENTVM LIBRI

Increpat Erasistratum, qui post habitu Venæ sectionis auxilio, neque efficacibus, neque tutis remedijs uteretur.

Adversus Erasistratum, qui cum in minimis plerisque curiosus esset, semel tantum idque obiter, de Venæ sectione mentionem fecit.

CAP. I.

Vide de hacre
lib. 5. methodis
cap. 15.

Mhi quidem illud inquisitione nō parua dignum videtur, cur nā Erasistratum, cum cætera, quæ ad artem spectant, abunde satis pertractaret, ac circa minima quæq; tantopere curiosus esset, ut & quorundam holerum cataplasmatumq; decoquendi rationem conscriperit (t̄ quorum facultates usumq; si unquam aliquis alias declarasset, non iniuria eorundem conficiendi rationem omittere potuisset, quandoquidem id nullius pretii sit, taleq; quod à quo quis ex vulgaribus inueniri possit) de uenæ sectione interim, tam potenti ac magno auxilio, quodque, uel ueterum sententia, non minus efficacissimis remediis extolleretur, ipse nullam mentionem fecerit. In illius enim operibus fermè ne nomen quidem unquam uenæ sectionis, præter quam semel, reperi potest: ubi ipse met, quemadmodum unicuiq; considerare facile est, obiter potius, præterq; institutū, q; studio insigni, de sanguinis reiectione agēs, illius meminit: id qd ex suis scriptis itelliges, quæ sic habēt: Deligaturæ uero, qnæ circa alas & inguina fiūt, nō sunt faciēdæ more quoru dā, qui vulgatam curandi rōnē imitantur, nihil aliud consequunt, q; q sanguinē uinculis abunde exprimant. Quòd n.in deligatis corporis partibus sanguis plurimus recipiatur, ex uenarūtē sione, earumq; sectione coniectandū est: ex incisa siquidem corporis parte, cū ea deligata fuerit, copiosior is affluit. Uū uero sanguinis reiectio cōtingit ex deligatura in tibiis, ac brachiis facta, plurimū eius ibidē recipiet. Postq; etenim qui circa thoracis partes adest, diminutus fuerit sanguis, tū ipsa quoq; reiectione multo minor, pauciorq; fiet. Hoc aut ipsū facere uolūt ii, q sanguine reiiciētibus uenā secāt. Sed in hac re Chrysippus multo cōsultius agit, quippe q nō solum p- sentia inspiciat, sed et imminētis periculi curā gerat. t̄ Huic. n. periculo, qd in reiectione accidit aliud ex inflāmatione adhēret, in quo quidē offerre aliquid perquā difficile est: rursum aut ei, q à uenæ sectione famē lōgo t̄ pe tolerare debeat, ne dissoluat uerēdum est. Cæterū Chrysippus li mulatq; nutrītū in corpore iā elaboratū in loca soluto difficilia trāstulerit, q eo t̄ pe, quo dif- solutionis periculū imminet, hoc pacto cibū differre possit, in prōptu est. Et hac qd ille meden dirōne usus, nunq; offerre coactus est, ob idq; summa qq; ingenio superauit, ac q sibi ipsi unde quaq; cōstet, frē quētissimas meruit laudes. Quòd aut nullius momēti hæc sint & indigna oībus modis, q uel ad Erasistrati solertiā, quā ille sibi in hac arte uēdicat, uel ad auxiliū uires referant, cuilibet cōstat. Qñquidē si neq; apud Hippocratē, neq; apud Dioclem, neq; apud Euriphonē, penitus apud quēquā aliū, qui ætatē Erasistrati præcesserūt, tale genus auxiliū in scriptis reperiret, forte suspicari q̄s posset, illū, tanq; de eo, cuius usus nōdū fuisset inuētus, aut apud celebres medicos approbatus, iure optimo uerba nō fecisse: uerum cū permulti alii fuerint, q bus nō in uno tñ, eodemq; leui affectu, sed et in plurimis acutissimisq; frequens huius auxiliū usus iā constiterat: ac eo pacto tum Hippocrates omnium bonorum artis medicę author, tum uetusissimi quiq; illo uī esse animaduertūtur: qua qræso re Erasistratus commotus id adeo spreuit,

vt ne

t̄ Clarius. His
bus, satis sibi es-
se debebat, ubi
ad quid conser-
rent tantum di-
xisset, alteri cō-
sectionis modū
relinquere.

t̄ Clarius. His
ic n. periclio,
quod ex reie-
ctione est, peri-
culum inflam-
mationis proxi-
mum est, in quo
offerre quidem
non facie: ei ne
ro, qui post ue-
na sectionem, lō-
go tempore sine
cibo permane-
rit, periculum
est ne exoluat.
Hunc locum in
ferius declarat
Gal. pa. 13. a.

DE VENAE SECTIONE

ut ne rationem quidē ullam illius in enarrando habuerit? Etenim & quod illud nō improbaue rit ad certos affectus reliquorum pr̄sidiorū more, ipsum referēdo indicare, & causam, ob quā id probauerit, pr̄scribere eum oportebat. Atq; hic in huius pr̄sidii uiribus enarrandis tātope re inops fuit, ut neque id significauerit, recipiendus ne sit an posthabendus usus illius, neque un quā quid de illo sentiret proferre ausus fuerit, nisi in uno tantum, ut superius dictum est, affectu. Quanquā uel ex iis, quae ipse reticet, opinionis suā summam manifestam facere uidetur: nequa quam enim, si usum illius probasset, silentio pr̄teriisset. Neq; et, cum minima quævis, quæ ad leuandos affectus accommoda erant, describenda putaret, hæc utopte tam magna, aliquem etiā si ab eo non didicisset, propria opera consequi posse persuasum habebat.

Quibus rationibus erastrati sectatores dogma de non secanda uena tuerentur. CAP. 2.

fūre d'auexopl
d'vn. Non s're
esperans. **C**Ausa uero, ob quam uenæ sectione ipse non sit usus, fortassis diuinatione opus habere cuiusquam uidebitur. Qui enim quis rescire possit, quod ea ipsa Erasistratus cognita habuerit, quorum nulla diffusa oratione ille mentionem fecerit? Nihilo minus fuere non nulli, qui in explicāda illius sententia, quævis uaticinari conati sunt: uerum hidum inter se ipsos discrepāt, in maximis erroribus uersari, manifeste sunt deprehensi. Nā nemini ex illis eadē stat sententia: & quod multo grauissimū est, neq; ab ipsis Erastrati cōmitionibus, discipulisq; Aryssippi Anidii, quo primum auctore de explodendo uenæ sectionis usu dogma suscitatum est, de illius sententia quicquam certi constitutum est. Hæc autē, quæ Apemantes, Stratoq; protulerunt, planè ridicula sunt: uterq; enim dicit per difficile esse uenā secare, uel ob internotionem uasis, uel ob arteriæ incisionē: nō documentum quippe illico ingens imminere, siquādo loco uenæ arteria diuidatur. His addunt, q; quandoq; aliquis præ timore mortuus sit: & alter etiā ante uasis sectionē, alter uerò eo iā t̄fecto referari nunq; potuerit, tū quod quidam irreparabili sanguinis fluxu defecerit. Sed prætero illa quoque, quæ a reliquis dicuntur, nā alii quidē eorū afferunt, uacuatio nis mensurā cōiectura assequi multo esse difficillimum, ideoq; necesse esse, ut aut diminute euacuati nihil plus cōtingat: aut mediocritatē excedenti maxima impēdeat noxa: quid enim (aiūt illi) uenæ sectio modum exuperans, à cæde differt? Alii uerò dicunt, q; cum transultus spirituum (græce paremptosis) ex arteriis in uenas fiat, necessario inanitionem sanguis per oscularum reparationem ipse spiritus sequatur. Sunt & alii, qui affirmant, uenarum euacuationem, inflammationis affectu in arteriis iam cōstituto, planè superuacanea esse. Atqui uniuersa talia quanquā credibilia alicui apparent, sunt tamē re uera falsa in dignaque, quibus adhiberi fides debeat: q; his omnibus longe facilius habenda fuisse, si hæc in medium protulissent, quæ dicta fuerāt à cæ Gteris quibusdam, qui ex succorum natura disputandi initium depromperunt. Et quanquam vel aduersus hos longiore sermone alicui conueniret instare, huius tamen rei in præuentiarum ea propter nulla est occasio, quia orationem sic in immensam prolixitatem excrescere oportet: præterea nihil obstat quo minus ea, quæ tum ab Erastrato, tum a quouis alio ex Chrysippi discipulis dicta sunt, reprehendere aggrediamur.

Quæ fuerit Erastrati opinio de ortu febris, & inflammationis, ac de ipsarum medela. CAP. 3.

Commодissime igitur sermonē mihi instruxisse uidebor, si prætermisis aliis, ab ipsis Erastrati placitis initiū fecero, orationemq; ipsam, quātū eius fieri pōt, breuissime absoluero. Cæterū ille arteriam spūs, uenā aut sanguinis, receptaculum esse afferit: deinde uerò ubi grandiora receptacula diuisa fuerint, magnitudine quidē illa diminui, numero aut effici plura: ac cū nullus locus detur ubi circa terminū unius, uas aliud non existat, illa undequaq; per corpus de lata in tam minutos fines definere, ut contentus in illis sanguis præ extremorum oscularū cōniuentia intus retineat: ob idque, et si oscula uenarum arteriarumq; inter se uicina sint, sanguinē in propriis terminis circumsculptum, ac nullibi in uasa spiritalia insiliētem pmanere: & eosq; sanè animal legibus naturæ dirigi: simulatq; uerò cā quædam uiolenta, irruerit, tum sanguinē ipsum H in arterias trāsferrī, & animal iam necessario ægrotare: causas item huius rei aliquas, p̄cipuāq; illarū sanguinis multitudinē esse, à quo & uenæ tunica distendi, referariq; fines, qui prius clausi fuerāt, trāsfundi ēt in arterias sanguinē: q; postea spūm à corde delatū turbās, eiq; motū suum alteranti resistens, si quidē ē directō atq; p̄pe principē partē cōstiterit, iā id febrim esse: si aut ab ipso retro* repellaēt, ac in finibus arteriarū cōdēset, inflammationē tū existere. Et talibus ille rationibus inflammationē ex plenitudine adstruit. Verum, quæ ex vulneribus cōtingit, eam quoque sanguinis ex uenis in arterias transultu caufari ait, cuius rursus trāsultus caufam illā, quæ ad euacuationem fit, successionem esse putat cum enim scissis arteriis, post inflictum vulnus spiritus uniuersus ex læsa parte effusus fuerit, & periculum instet ne uacuus fiat locus, languinem illo tempore, spiritus euacuati, quiq; locum illum prius replebat, gressum per oscularum referationes consequi solere: si ergo spiritus foras emissus fuerit, hunc quoque effundi: occluso autē illo atque obserato, etiā hunc u spiritus à corde demādati impulsū, in locis vulneri uicinis cūctū coaceruari, & ea ratione inflammationē efficere. Sed concedamus age ipsi quæcunq; hoc tempore de febris, & inflammationibus dixit, uera omnia esse: nā alibi demonstrauimus ea nihil in se ueri continere: doceat igitur ipse nos iam medicaminū seriem. Ait etenim cum in multis alijs

Alijs locis,tum,in primis in tertio de febribus tractatus sic verbatim:Circa ægritudinum igitur initia ac inflamationum generationes omnē sorbitonū oblationē auferre oportet; inflamationes enim, q̄ febres faciunt, vt plurimum ex repletione fiunt. Si itaque hoc ipso tempore oblationes cōcessae fuerint,& concoctione distributione q̄; suas actiones perficiuntibus, vasa alimento repleta fuerint,inflamationes multo vehementiores persæpe fieri contingit. Hęc quidē ille de inflamationibus protulit, q̄ citra vulnus ex plenitudine eueniunt. De illis vero,q̄ ex vulnera suboriuntur,in primo de febribus libro denuo in hanc sententiam recensuit: Istis aut̄ subsequuntur medēdi rationes,quo vulnera oīa ab inflammatione libera efficiant. Medicamenta enim,cum sanis partibus illinuntur,claudendo atq; obturādo prohibent, ne sanguis defuperfusus in loca dissecta irruat:quandoquidem in illa,quæ affectu carent, eo q̄ multæ arteriæ illic,venæq; recludantur,sanguis,qui in arterias transfluerat,facile in venas quoq; transumetur. Quamobrem cōsequens rufus est, ut vulneratis nihil prorsus inflamationis tēpore offeratur:venę nanque,cum alimento vacua existunt, longe facilis sanguinem qui in arterias insilierit,suscipiēt:quod vbi contingit,inflamationes minus contingent. Proinde,q̄ multitudine euacuanda sit,quodq; venæ distentæ ac repletæ,in se ipsas iterato sanguinem recipere non possint,assentire ipsi Erasistrato.

B nos fatemur:verum,quonam pacto hæ euacuandæ sint,in dubium à nobis vocatur.

Præstantiorem ex vene sectione,quam ex inedia fore evacuationem,quodq; Erasistratus negligens fuerit in imitanda natura,ac scriptis Hippocratis legendis.

C A P . 4.

Postquam itaque euacuationem faciendam esse confessum iam temel sit,ego eam omniū facillimam atq; expeditissimam,venæ sectione perfici arbitror,ut pote per quam ipsas etiā inflammationes solas celerrime euacuare possimus:cum ē diuerso inedia,preterquam q̄ longum tempus requirant,etiam vniuersum habitum æqualiter euacuent. Atqui istud nequaquam convenit:cur enim quid id euacuet,quod euacuatione opus non habet? Aut cur eliquerit carnes,cum sanguinem subtrahere liceat? Vt interim noxas reticeam,quæ ex longis inedijs necessario euenire solent,ac virtutem defatigatam,& succos biliosiores,amarulentioresq; redditos,frequentes item cordis morbus atque inquietudinem,tum deiectionum alui retentionem,& omnia deniq; excrementa acriora maligniora q̄; effecta. Quorum Erasistratus nihil animaduertens,cēcorum more,qui amplam compendiosamq; & planam viam in propinquuo habentes,sæpenumero angustam,ac asperam,prolixamq; errabundi ineunt,& ipse tam propinquam satisq; expeditam & amœnam semitam spernens,ad impeditam illam ac longā sese contulit:quippe qui hoc tantum considerauerit,num,quo ipse contendit,via eò vergat,nō autem an compendiose,& si ne noxa ducat:Nam, q̄ vel inedia ob plenitudinis euacuationem conferat,ego quoque consentio,uerum longō tempore,magnoq; cum documento eam efficere id dico. Attamen lapientem Erasistratum,qui quorundam iudicio Hippocrati par este uidetur,non puduit,q̄ neglecto tam insigni præsidio,nihil credibile,aut rationi cōsentaneum attulerit,quin potius,uelut de re abiectissima penitusq; nullius precij,verba fecerit. At Hippocrates ille medicus te,ò Erasistrate,nula ex parte inferior,non sic de vene sectione pronunciauit,sed,quæ tu verbis saltem admiraris,ea ille opere palam est executus. Admiraris tu siquidem naturam ipsam,vt artificiosam,simulq; prouidam animalis gubernatricem,nullibi tamen eam imitaris. Aut, cum illam plurimis morbis sanguinis euacuatione medēte in frequenter animadueteris,cur ne in vno quidem vñquam hoc idem tu ipse fecisti?Cur etiam naturæ,quam laudas,opera silentio supprimis?Cur prærea,quando apud Hippocratem reperisti multa huiusmodi scripta: Muleri sanguinem vomen ti menstruis erumpentibus solutio:&,|| Ab atra bile habitis similem effectum hæmorrhoides præstant.Sanguinis item fluxus copiosi,per nares soluuntur:apud te nihil tale,sed unico solum verbo laudata natura,opus autem illius nullibi scriptum reperitur. Porrò mihi sufficiebat,vt

D opera illius antea ad perfectum addiscerem, à quibus postea initio sumpto ad inuestigandum reperiendumq; id,quod æquum putabam,idoneus euasi:Liceat ergo mihi venia eorum,qui te admirantur,dicere,quod in conspicuo est,q̄ scilicet mihi aut modis omnibus demens,aut in nature operibus quam minime versatus esse videaris. Alteri enim ex his duobus,vel quia illa nunquam cognouisti,vel quia cognita iam dudum non sis imitatus,obnoxius existis. Aut fortassis in cubiculo aliquo perpetuo delitescens,neque aliquando ægrotum aliquem contéplatus,hæc scribebas:hincq; adeo nō iniuria naturæ opera ignoras,quæ alioqui pro extrema demētia tua semper es præpostere admiratus & imitatus:nec non,postq; scribēdi prouinciam inijsti,legem scribēdo es transgressus.Oportebat enim primum,te opera naturæ mihi describere,deinde declarare:& quæ illa integre ac perfecte proprijs conatibus incitata,& quæ morbos causis præpedita diminute agat:nam huiusmodi ratio viam ad inueniēda medicamina nobis suppeditat. Cū etenim didicero,quæ probe ab illa perficiuntur,superaddito eo,in quo illa deficit,facile ei adiumento esse potero: rursum,si ipsa nihil penitus mouet,id quod qua ndoque morbosarum causarum veheinentia superata patitur,tum ego illud omne sugerere enitar. Tu vero nihil horum indicans,domiq; te continens,vt qui forte ægrotorum visitationem,vt fertur,parui pēdas,quod tibi videbatur,scripsisti.Cæterum si tu ipse non perspexeras,Hippocratis monumenta regenti

5. Aph. 32. Ex.
ord. 40. d.
6. Aph. 21. Ex.
ord. 48. d.

DE VENAE SECTIONE

Ilegenti tibi addiscere integrū erat, & q̄ perfecte, integreque, ac ut ille loqui consueuit, *ap̄t̄r̄as*, i. E
absolute natura mouente iudicentur, & qua ratione illam quis iudicium non aggredientē, pul-
cherrime imitari possit: quo ēt pacto aggredientem quidē eam, verum debiliter mouentē adiu-
uare oporteat. Si enim in his exercitatus fuisses, talia te consulente audirē, qualia apud Hippo-
cratem quoq; inaudito: || Quæ iudicantur, & iudicata sunt, *ap̄t̄r̄as*, id est integre, neq; mouere,
neq; nouare, siue medicamentis, siue alijs irritationibus, sed linere. Istud quidem habes propriū
naturæ integre mouētis præceptum. Quod verò huic succedit, naturæ, & ipsum, verū diminute
ad iudicium mouenti congruit, eamq; ob rem illi auxilio esse iubens, dicit. || Quę ducere oportet
hęc, quō maxime natura vergit, per loca conferentia ducenda. Natura siquidem tunctemporis
expellere conatur id, quod eā infestat: cum aut̄ præ imbecillitate finē operi imponere nō possit,
nostris auxiljs indiget. Propterea ēt lateris inflammatione laborantes curans, iuxta humorum

*de Viat. rat in
mor.acu.comm.*
s. t. 10. & 11. 72.

vergentiam inanire eos consueuit. Quid enim ait? || Cum ergo dolor ad iugulum extenditur,
aut grauitas in brachio, vel circa mammam, aut supra præcordia existit, interna cubiti vena se-
canda est. Neq; dubites copiosum detrahere sanguinē, donec rubicundior multo, aut pro puro,
rubidoq; liuidus effluxerit, vtrunq; enim contingit. At, si dolor sub septo transuerso fuerit, neq;
ad iugulum ascenderit, tum alius, uel nigro ueratro, uel peplio subducenda est. Rursus uerò in F

*A. 6. Epid.con.
i.t. 6. 32. 155. 8*

quopiā renalium affectionum concursu præfatus: || Et in rene dolor grauis^b † per ilia usq; ad
coxast tendens ē directo 3 infert poplitem secare, hoc est, uenam, quæ in poplite est, incidere.

*B. Legendum
est gracie . vad
xxi μηδονή τοῦ
κατ' ιερόν, i. istu-
por femoris ē di-
recte positi. vi-
de. 6. Epid. sect.
12. 1. 6.*

*C. 2. Epide.
fect. 4.*

*D. ad coxam,
& crus.*

E. puerperij.

*Devū sectionis uena in frigidis, ac reliquis ex multititudine affectibus, medicorum rationalium,
Empiricorum, ipsiusq; natura testimonio.*

G A P. 5.

Illud uerò quo modo dictum est? Ex Margei famula ne sanguis quidem prodijt, nam, ¶ ut fi-
liolam hæc peperit, illico os^d † ad uertebras coxarum 3 detortū est. Porrò dolor exuena pro-
pe talum secta cessauit, quamvis tremores corpus iam occupassent. At qui nunc ad occasionem
ipsam, eiusq; somitem transendum est. Hippocrates siquidem te, & occasionē morbi, & gene-
rationem occasionis perpendere iubet, id quod tu mea quidem sentētia multitudine sanguinis
præsertim molestiā inferente, non de alio quoquam, præterquā de uenae sectione dictū affir-
mare possis. Ergo præfata mulieri, licet iam tremore correpta esset, ille secare venam non distu-
lit, cum ē diuerſo nemo aliter in tremoribus eque, atq; hydropisi, aliove frigido affectu villo, san-
guinē detrahere vñquā ausus fuerit. In talibus. n. ex calidi succi euacuatione adhuc multo magis
corpus necessario refrigeratur, & innatus calor, qui per affectū antea quoq; frigefactus fuerat,
extinguitur. Hippocrates verò, ut ipsem etatetur, multitudinem sanguinis ante ipsum affectū G
accumulatam considerauit: muliercula. n. à purgamentis, † quas secundas vocant 3 non fuerat
expurgata. Fomes aut̄, seu nutrimentum occasionis, hoc est generatio, primaq; cauſa, ob quam
non sit probè expurgata, est ipsa contorsio vteri, qui ad coxam contortus fuerat. Pronde, cum
retentio euacuationem, situs verò vteri locum, per quē euacuatio instituenda est, illi indicaret,
venā talo proximam incidit: talemq; Hippocrates se in cunctis præstít. Sed ne laudibus virū
hunc extollentes Erasistratæos tristitia afficiamus, ut, qui ipsi, ante eosq; Erasistratus, aduersus
illum inimico animo esse mihi visi sint, missa faciamus nunc Hippocratis monumēta: alio enim
tempore totam illius de euacuatione artē declarare constituimus: quin potius transferamus
nos ad illos, quorū aliqui empiricam, rationalemq; sectam vñā sunt amplexi, quandoquidē ex
his à uenae sectione abstinere inuenio neminem. Nam inter dogmaticos, Dioclem, ac Plistoniu-
cum, Dieuchēque, & Praxagoram, vñā cum Philotimo, atq; Herophilo, & Asclepiade, venæ se-
ctione vñlos fuisse compertum habeo: quanquā Asclepiades contentionis adeo studiosus fuit, ut
omnia fermē priora dogmata laceſſuerit, neq; alicui prioris seculi homini, immo ne Hippo-
crati quidē pepercere, hincq; adeo veterū medendi rationē, mortis meditationē nominare nō
fit veritus. At qui neq; hic eo impudētiae venerat, vt venæ sectionem ē medicinalium auxiliorū H
numero explodere auderet. Quin ēt, neq; inter recentiores, aut vetustiores aliquis, non Athe-
næus, non Archigenes, neq; Agathinus, tū denique, neq; ex empiricorum cœtu quisquam: hi. n.
cum nihil eorum obseruent, quæ rationi consentanea sunt, omniaq; experientia sola decernat,
tñ ex his neminem mihi proferre poteris. Quando autem isti in omnibus alijs rebus ferē dissen-
tientes, in hac sola conueniat, mihi planè concordia suspicione vacante nihil magis fide dignū
esse videtur. Sed, ne præ testium multitudine, opera naturæ, quam tu. s. laudas, obscuriora redda-
mus, mittamus hos, si lubet. Nonne ipsas mulieres cunctas singulo mense euacuat, sanguine su-
perfluo foras effuso? Muliebre. n. genus, vt quod domi ageret, neq; vehemētibus laboribus exer-
ceretur, aut sub claro sole viueret, ac ob utraque hæc multitudinem humorum coaceruaret, ip-
sam euacuationē plenitudinis, tanq; remedium naturale, obtinere opus habebat. Et vñū quidē
istud naturæ opus est: alterū vero purgatio post partum contingens existit: licet & fœtura ipsa,
species sit euacuationis. Nā ex sanguine vteri cōceptus nutriti solet. Tum verò, postq; editus est
fœtus, generatio lactis in māmillis, vacuatio hæc quoq; est quātitate sua nō parua: vna siquidē,
& lactis, & menstruorū substantia est, amborum quē, ut quisq; dixerit, riورum fontes cōmunes,
venæ sunt. Quamobrē, quibuscunq; per etatē menſes fluere cessarunt, his neq; in māmillis lac
amplius

Amplius colligitur: quaecunq; ēt purgandi tēpora adhuc habent, ac interea lactant, hæ non purgantur. Præterea cū mulieri lactanti sanguis per locos eruperit, illico lac huic euanescit. Ad hæc quæcunq; animantia utero nō gerunt, his neq; lac unquā adest: rursus quibus id suppetit, illa ēt ad concipiendum à natura idonea sunt. At si iā addidicisti quot cōmoda: ex hmōi euacuatione muliebre genus maneat, quotq; documenta iisdem suppressis sequantur, haud video qui sufferas, quo minus sanguinem superabundantem modis oībus euacuare acceleres. || Mulier. n. Hippo 6. Aph. 19. Ext. pocrate teste, podagra non laborat, nisi menstrua defecerint. Sed cur ego cōtra hominē Hippo ord. 49.b. crati inimicum, uerbis Hippocratis utor? Velim itaq; audias iam ueritatem ipsam me præcone tibi denūciātem, q; mulier, si probe expurgetur, neq; podagrī, neq; articulorū dolorib; neq; lateris inflāmationib; neq; peripneumonijs capiat: sed neq; epilepsia, neq; apoplexiæ obnoxia sit, aut spirationis uel uocis ablatione rite purgata ullotpe infestetur. Num uerò menstruis fluentibus, aut phrenitide, aut lethargis, aut cōuulsionibus, uel tremoribus, rigoribusve mulier aliquā correpta est? Num ēt uel melancholia laborantem, aut mania uexatā, aut quæ ex thorace spueret, uel uomeret ex uentre sanguinem, aut capite laborantem, aut synāche præfocatā, aut *Cephalæa. aliquibus id genus magnis & uehementibus affectibus impetitā, cui menes recte excernerent,

B qñq; conspexisti? Verum his retentis eā cuilibet malo implicari facile est, huicq; rursum euacuationes medentur. Sed posthabitūs mulieribus, te ad mares iā confer, ut discas. s. q; quibuscūq; p; consuetudine, superflua per hæmorrhoides euacuantur, hi oēs uitam morbis minime impediat agunt: quibus itē inanitiones supprimuntur, hi in perniciōsissima quæq; labunt. Vtrū igitur neq; horum, ubi uel synāchen, uel peripneumoniā incurrerint, sanguinē euacuabis, aut potius, ne desciscere uidearis ab ijs, q; pperā didicisti, tot hoīum interitum paruipendes? Tu fortassis hoc facies: ego autem non hæc solum, sed ēt spasmum, hydropemq; sanguinis euacuatione sæpius sum medicatus: in hunc. n. modum erudituit me tum longa experientia, tum ratio ipsa, quæ mihi suggestit, ut occasionem ipsam, eiusq; momentum sic inuestigarem. Quod autem experientia quoque istud me docuerit, si empiricorum commentaria legeris, scire poteris.

Communi hominum naturæ, ac brutorum quoque animalium consenſui, Erasistratum, ac omnes, qui uene sectionem paruipendunt, aduersari.

C A P. 6.

NE igitur in posterū cum Hippocrate solo (q; euacuationem sanguinis laudauerit, cū uel in tremorem, uel in hydropem, uel in aliū quemuis frigidum affectum, mas quidem ob hæmorrhoidum, mulier uerò ob mensū retentionem inciderit) tibi controuersiam futurā recre, sed & cum uniuersis medicis, qui experiētiā lactantur, uel potius cum uniuersa hoīum uita. Videris. n. tu cōēm oīum subuertere sententiam, p̄fertimq; si neges, quod a natura cuiq; insitum sit, ut considerare possit sanguinem ob nimiam multitudinem euacuandum esse. || Quis. n. contra ria contrariorum esse remedia ignorat, ut q; sententia hæc non Hippocratis tm̄, sed oīum hominum communis sit? Tu uero præ odio, quod aduersus Hippocratem concepisti, mea quidem sententia, etiam alijs multo es dementior, idq; cum habeas naturā te ad hæc ipsa quotidie manus ducentem: nam hæc inediā adiectione, ac repletiones euacuationib; & frigus calefactio nibus, caloresq; refrigerationib; curat. Quid. n. aliud est offerre cibum, q; plenitudinem suppeditare? quid rursum excernere fæces, q; intestina repleta exinanire? quid item meiere, q; repletioni uesice mederi? Pleraque. n. astantia frigore laceffita, latebras ac calidos specus in penetralibus terræ sibi inuestigant. Aliqua ēt æstatis tpe calore anhela, tse in aquā frigidā coniūt, & in umbrosis locis, uentoq; peruijs immorantur. Ego præterea frequenter uidi canem uomitū sibimet studiose prouocantem: auem quoq; ægyptiam clystere imitatam: quæ omnia ab hominibus, ut qui ratione compotes sint, multo faciliore conatu perficiūt. Accerse ergo hominem quempiam rei medicæ expertem, ad egrotum, qui bona sit habitudine, iuuenis, multo abūdans

D languine, quiq; præ synanche, aut peripneumonia suffocetur, postea hominem interrogā, siq; d cognoscat quod huic affectui succurrere possit. Quis adeo demens est, ut sanguinis euacuationē non pronunciet: cæterum Erasistratus ob contentionem, quam aduersus Hippocratem præ se fert, ne id quidem, quod communī omnium hominum suffragio receptum est, probare uidetur, & ea propter reperitur uel gruibus ipsiis insipientior: has siquidem. æque atque aquilas, præ lōgo usq; ad ultimos terrarum terminos uolatu, partim frigus, partim q; æstum euitantes, quod cōtraria cōtrarijs semper propulsent, uidere licet. Atque, ut & antea dictum est, perspectū habere q; ijs euacuandus sit sanguis, quibus ex eius multitudine periculum imminet, id præstantiā artis Hippocraticæ nondum æquat: ego. n. tum qua ratione, tum quo tēpore, quæve quantitate euacatio instituenda sit, nihil declarari mallem. Scire nanq; qñ uel uenā, quæ in fronte est, uel illas quæ in hirquis oculorum, seu sub lingua existunt, uel quæ humeraria uocatur, uel subalarē, uel quæ per poplitem penetrat, quæve prope talum adest, incidere oporteat (prout de his omnibus Hippocrates docuit) hoc ipsum ego ratiocinationem medicorum arbitror esse. Verū quod contraria contrarijs medicanda sint, quodq; euacatio repletioni opponat, tm̄ abest ut admirer, ut ēt huiusmodi cogitatione bruta animantia participare dicam. Si aut auribus apertis, aut animo potius, ac deposita erga Hippocratem simultate, uerā rationem amplecti uolueris, aliquid iam

In libro de Flati bus paulo post principium.

DE VENAE SECTIONE

quod illius arte dignū esset, dicere tibi possem. Eousq; n. Diocles, Plistoniusq; ac Herophilus, E & Praxagoras, atq; Philotimus, nec nō alij medici permulti inter se cōsentiant, q; ipsi quidē nō per se, uerum diuinū Hippocratē secuti repererint, quo tpe quālibet uenæ, quas supra cōme morauī, incidendæ essent. Cæterū q; ab atra bile habitis similiter hæmorrhoides conferant, & si istud Hippocrates perspicue docuerit, nō tñ oēs sciunt, sed quicunq; syncere in illius scriptis uersati sunt: hi soli, n. qūo hæmorrhoides, dysenteria, ac uarices fiant, ab ipso perdidicerunt. Itē q; non semper horum unumquodq; si existat, prohibendum est, sed q; quandoq; coadiuuandū. uel natura quiescente (qñ sic confert) ei totum committendum: adeo ignorant illi qui dysenteriam, uaricesq; & hæmorrhoides immature p̄apropereq; medicari discunt, ut & ea moliātur, quæ facere nequaquam debebant. Porrò ego quoq; uidi non paucos ob huiusmodi euacuationes, quæ medicorum imperitia cohibitē fuerant, aut atra bile, aut insania uexatos: ipsorū quoq; aliqui tum intercostali inflamatione, tū renali morbo correpti sunt: non nulli uero ex uentriculo sanguinem uomebant, aut eūdem tussiendo ex thorace spuebāt, *aut zattonito morboq; aqua ve intercutanea interibant. Hæc illa sunt, quæ mea quidem sententia medicus unā cum p̄aclara euacuationis arte cognoscere debet.

*paraplegys.

Sanguinis missionem non modo non prohiberi, quia uacuandi sanguinis quantitas ignoretur, sed cæteris uacuationibus omnibus certiorem mensuram, ac tutius auxilium p̄abere.

C A P. 7.

F

Quantum autem de sanguine exuperāte euacandum, idq; cum non sit magni momēti, cur Erasistratus tanq; ex magnis quoddā cōtempsit? Aut cur homines illi aduersus oēs obstrepare paratissimi nugātur, cum illum incusent, dicantq;, euacuationis perinde atq; aliorum auxiliorum rōnem ignorasse? Aut cuius nam, per deos immortales, illū adeo exquisite tenere mensuram arbitrantur, ut neq; excedat in quantitate, neq; deficiat unquā?num clysteris, aut purgātum medicamentorum alicuius, aut urinam crientium, uel cibi ullius potusve? Tps itaq; efficit ipsis, utpote oīa suspitione infesta reddētibus, quiescere oīno. Aut cur ergo Erasistratus purgantibus medicamentis utitur, ac uinū aqua frigida dilutū, tum alijs quibusdam, tum maxime cholericis exhibet: Chrysippumq; p̄ceptorem suum, ut qui inuenerit præsidium nulli ueterum cognitum, quodq; & solum cholericos iam morti proximos restituere possit, his uerbis satis inuidiose laudat? Non etenim quois tempore id p̄abebet, sed usum auxiliij huius ad occasionē uehementer p̄cipitem traduxit. Ego uero hac in re ipsum nō accuso, p̄fertim cū tā absolute oīa quæ ad occasionem sp̄ectant, disquirat. Illud tñ in eo quis demirari possit, q; si qñ Crysippicum G quicq; doceat, tum, ut ex uerbis eius colligere licet, uehementer sit audax, nihilq; ipsū prorsus neq; momentum occasionis, neq; mensuræ difficultis coniectura, neq; affectus periculū p̄terrefacit, sed putet adeo exquisite simul, clareq; illū & mensuræ & occasionis rōnem docuisse, ut de creta sua non medicis solum, uerū & popularibus usui futura arbitretur: at rursus cum ex ueteribus medicis aliquem ob rerum inuēta laudare opus habeat, illic unde quaq; tergiueretur. Age ergo declaremus illis, q; mensura in uenæ sectione multo facilius deprehendat, q; in cæteris qui busuis auxilijs, Nā & coloris mutationē s̄a penumero dispicere licet, hocq; duobus modis fieri potest, interdum quidem sanguinem ipsum fluentē, interdum aut̄ ægrotum considerando. Ad hæc animi quoq; defectio in plurimis affectibus uacuationis terminum obtinet: sanguinis item fluētis uigor labascēs, & pulsus mutati. Adde q; & medicus huius solius euacuationis liberam habeat facultatem fistēdi qñcunq; illi placuerit, aliorum aut̄ nullius. Nam ubi dandum sit aliquod medicamentū sive deiectorium, seu uomitorium, seu urinarum euacuatium, aut thoracis uel capitis purgatorium, bonum. S. oīum prima exhibitio in tua potestate sita est, cætera aut̄ fortuna administratrice obtingunt. Ingens p̄tererea in appinationibus pharmacorum purgantium perculum est, cum uel non cōmouetur purgatio, uel quod in aluum attractum est, non facile exercebitur; vel cū dolore, morsibus, tormentibus, refrigeratione, pulsuū euancētia, ac animi defectu exprimit, vel cum corpus uehementer pturbatur: interimq; paululum admodum euacuat: aut euacatio modū excedit, hoc n. ipsum tanq; oīum malorū extremū in hac parte frequenter contingere solet: neq; n. ut uenæ incisæ fluxū, quē superimposito digito mox fistes, sic profluuiū alui tibi fistere licebit. Veruntñ nemo ex medicis superuenientium symptomatum metu perculsus à appinatione pharmacorū abstinet, sed postq; errorem cōmiserit, tum demū cauendū sibi ab iliorum usu pponit. Sed quid ego purgatoria refero, ac in enarratione fortissimū medicamentorū tps tero, cum & cibi cuiusq; in mensura erratū maxima afferat nocumenta? quorū magnitudinē in extenuatis & imbecillibus hoībus, quiq; celeri nutritione egent, cōsiderare facile possumus. In his n. si quid minus æquo nutrit, uirtutē tabidā reddet; contra, ubi quid in modū exuperans natræ oneri potius, q; nutrimēto fuerit, illā penitus suffocabit, extinguetq;; An igitur à cibi exhibitione abstinebis, eo q; mensurā illius non sine negocio assequi possis? Atqui ea quoq; rōne à medendi puincia penitus abstinebis, nihil. n. in medica arte reperiās, qđ nīl certa mensura usupatum p̄desse possit. Cæterum in sola uenæ sectione ne hoc quidē culpare queas. Proinde errata: q; utrinq; circa mediocritatē contingunt, nō paruæ noxæ se quunt, maximeq; quia excessus perni-

Apernicioſiſſimos eſſe nemo neget: uerum in quo minus periculuu eſt, in eo excedere modū nō fuerit necesse. Sit. n. ſi ita fors ferat, mediocris detraçtio trium heminarū: ubi ſi quatuor detraxe-
ris, noxam maximā inferes: duas rurſum ſi euacuaueris, cōmodabit quidem id fatis, lēfionis ue-
ro nihil afferet: licebit nāq; tibi unam illam heminā uel clyſteribus, uel inedia, uel frictionibus
uel sudoribꝫ exhaustire, p̄ter quā & denuo detrahere ſi uoles, nō uetaberis. Sed qua rōne ego
tam multa in medium afferro, contendere cupiens cū hoībus inſulfis, qui ad hoc, q̄ nihil rōni cō-
ſonum loquantur, ēt ea ipſa non agnoscunt, quæ ipſimē laudibus efferre ſolent? Admirant. n.
dicta Eraſtrati, ac nomen ſibi ab illo uendicant, Eraſtratæos ſeſe appellantes: uerū documen-
torum illius adeo ignari ſunt, ut quiduis potius, quā ſnīam illorū enodare ualeāt. De uenē er-
go ſectione tam prolixa, tamq; absurdā nugātur, ut iure optimo quis non ſolum imperitiā illo-
rum, uerum ēt impudentiam detestari poſſit: quippe cum Eraſtratus in libro de ſanguinis reie-
ctione, in quo ſolo uenæ ſectionis meminit, aperte dixerit, q̄ Chryſippus ob id non utatur detra-
ctione ſanguinis, quo æger, qui p̄ p inflāmationes neceſſario in inediis cōtinetur, pdurare poſ-
ſit: ipſi tñ nihil minus quā hoc dicūt. Aut uisne ea gratia ut homines hos Eraſtrato obrectan-
tes in posterum quoq; audiamus, idq; cum uerba Eraſtrati in prōptu nobis adsint? atqui hoc
Bnequaquā æquū eſt. Audiamus ergo dicta ipſius, ubi ait: Multo conſultius agebat Chryſippus:
„ non ſolum q̄ p̄ſens erat inſpiciens, ſed & impendentis periculi curā agens. † Hæret. n. illi, qđ
„ in reiectione cōtingit, ex inflāmatione periculum, in quo offerre non facile eſt. Ei uerò qui poſt
„ uenæ inciſionem longo tempore ſine cibo permāſerit, periculum eſt ne diſoluatur. Aperte. n. locuſ hic lega-
illum a periculo, quod ex inedia accidit, cauere dicit, illudq; neceſſario ſecuturum putat, quia
æger ob inflāmationem fame longo tempore ſit excruciatuſ.

*Perperam Eraſtratum in euacuatione, ac reuulſione, quæ inflāmationibus medentur,
inediā uenæ ſectioni p̄etulſe.*

C A P. 8.

Hic quoq; nihil moror Eraſtratæos blatterātes cur ille hominibus inflāmatione laborā-
tibus nihil offerre iuſſerit: uerum ipſum Eraſtratum per uerba: quorum antea mentionē
fecī, ſemet interpretātem habeo, ex tertio nimirum de febribus, ubi de inflāmationibus, quæ ex
plenitudine fiunt, diſſerit: & ex primo de uulneribus. In utriſq; n. cōmentarijs non ſemel, ſed ſae-
pe, uenas quæ inediis exinanitæ ſunt, ut ſanguinē affluente denuo recipiant, aptiores fieri dicit.
„ Quid. n. ait? His uerò conſequens eſt, ut uulneratis inflāmationis tpe nihil offeramus: uenæ. n.
„ cum à nutrimento exinanitæ fuerint, ſanguinem, qui in arterias tranſiliſt, facilius ſuſcipient. Ine-
Cdia ergo tāquā euacuatorium auxiliū quoddā inflāmationes diſcutit, eamq; neq; alia de cau-
ſa inflāmatione laborantibus iniungi dicit, quā q̄ uenæ euacuatæ ſanguinem in arterias tranſili-
tem ſic facilius ſuſcipiant. Deinceps uerò cū uenas euacuare uelit, poſlitq; id (ita me dij ament)
ſine moleſtia ulla, celeriterq; perficere, longos ille in ſumit laboreſ. Verū ego non uideo quo pa-
cto ſe ipſum quis implicando magis prodere poſſit: Non ſecabo, inquit, uenā, ut æger ad ſuſti-
nendas inediias ſufficiat. Porrò cuius rei grā inflāmatione correptos fame excrucias? ut, inquit,
uenas exinaniam. Cur ergo eas à principio non euacuati? Proinde pudet me iā hominis, qui in
tam grauia errata inciderit, qui, præter hæc, quibus tū perspicuis ipſius artis decretis, tū ſuis p̄-
prijs rationibus repugnat, ēt hoc ipſum ignorare deprehensus fit, qua de cauſa inediæ ſuſcipiā
tur: quanquā de uſu illarum multo antea Praxagoras ſatis copioſe clare q; ſcripſerit: tū Hippo-
crates, & Diocles quātū ad hoc ſpectat, nihil prætermiferint. Hic uerò ita rudis eſt, ut inediias fo-
las ad uenarum euacuationem auſumendas, eaq; ſola ratione laboratibꝫ ſuccurrendum puteſ;
deinde, per Iouē, euacuatorio remedio opus habens, neglectis efficacibus illis, quæve quocūq;
quis uelit, celerrime ducere poſſint, ad oīum leuifſimum tranſeat. Verum ægre cōcedatur tibi &
Dhoc, quod inflāmationes ex uulneribus medicari eodem modo poſſint, quo & illæ, quæ ex mu-
ltitudine pendent, quid tandem faciemus cū multitudine ipſa, quæ in uenis etiamnum manens
eas extendit? aut ēt cum eadem in arterijs impacta fuerit, quo nam pacto illi ſuſcurrendum erit?
Ego ſanè in hmōi oībus uenæ inanitionem ſumme idoneā eſſe arbitror. Incumbat ergo in tho-
racem tanta multitudine, ut periculum fit, ne aliquod uas in eo rumpatur, num uel ſic uenam nō
incidemus, aut membra potius lancis uinculis excipiemos? Illud quidē iſtud mediū ſidiuſ ſuſ-
cerit, qñquidem cū his loco reuulſui præſidiū utendum cenſeret, non intellexit, uenæ ſectionē
in reuelliendo multo eſte efficaciorem: plurimis. n. irreſtrigibili ſanguinis profluuo laboranti-
bus, uena ſecta fluxum ſiſtimus. At Eraſtratum hoc quoq; ignorasse existimo, nam non cuius-
uſi hominis eſt ſcire quæ uenæ, cū ex aliqua corporis parte ſanguis profluuit, incideſe ſint. Poſtq;
igitur uenæ ſectio efficere q̄ maxime ea omnia potest, quibus hoc tempore indigemus, illum fa-
ne euacuationē unā cum reuulſione prætermiſſe certum eſt. Quid ergo tu amplius ceſſas, tem-
puſq; inaniter in ſumis, & hominē confiſis, cum poſſis illum uindicare & à uaforum ruptura, &
quæ illam in ſequitur inflāmatione, & à famis cruciatibus, qui inter remedia inflāmationis à
te inſtituūtur? Si. n. multitudine rupturā efficit, tu illa euacuata, id quod futurum erat prohibebis:
quod quidem ſi feceris, ēt ex ruptura inflāmationem de medio tolles: hac rurſum ſublata, non
amplius inediārum uſu nobis eſt amplexandus. Tu autem eō q̄ inediā cuiq; cōſulere cupis, ui-

DE VENAE SECTIONE

deris mihi ipse met affectuum, qui famis cruciatibus opus habeant, author existere. Quid graue erat re, quæ lædebat euacuata, nihil negotii deinceps præstolari?

Inter remedia, quæ multitudinem emendant, nihil uena sectione præstantius: Quia omissa Erasistratum, neque inedia, neque reliquis euacuatorijs præsidij suti potuisse.

C A P. 9.

Sed frustra ego forte tatum laboris insumo, quo præsentem huc sermonem tibi in memoriam redigam. Sanè enim tu ipse nos docuisti in primo de salutaribus libro, ubi de multitudinis generatione, quæ in uenis cōsistit præfatus, illius quoque remedia ordine scribis, euacuationē lico pum quidem omnium ipsorum statuens: aliud uero illius genus, alij affectui conferre inquiēs. Præterea quæ exinaniant plethoram, i.e. repletionē (sic enim alimenti multitudinem in uenis cōgestam appellādam censes) tum exercitia, tum lauaca copiosa, tum ipsam tenuem uictus rōne esse iubes. Neque idem euacuatorum auxilium cunctis conferre dicis, ut quod neque oēs omnium illorum ului simul affuefacti sint: sed alii lauaca, alij rursum exercitia, non nulli itē uomitiones à cibo magis usurpent. Ad hæc, q̄ non ijsdem morbis omnes obnoxij sint: uerū hic epilepsia, ille sanguinis sputo, alter etiā uel hepatis, uel lienis affectibus, facile corripi possit. Nullo igitur pacto epilepticum quenquam balneis euacuare attentabimus, id quod tu quoque cauendū recte putas. Etiā uero neque si cui de uasis in thorace ruptura timor instet, huic exercitia iniuge. F mus: periculum enim est ne illorum uehementia, etiā si non adsit multitudo, ob uiriū tamen imbecillitatem ipsius exercentis uena aliqua circa thoracē rumpatur. Qua ergo rōne illi succurre re debeamus: quæsō nos edoce: siquidē q̄ euacuandū sit uel tu ipse fateris, hincq; adeo euacuatoria illa præsidia, hoc est exercitia, lauaca q̄, frequētia, & tenuem uictus rationem abs te habemus. Cæterum exercitiis ne tu ipse quidem uti putaueris. Quod autē ad lauaca attinet, utēdū ne his in rebus sic affectis, an nequaquam utēdū sit, tu plane nihil pronunciasti. Ego uero illud, quod euidēter apparet experientia corroboratum, aperte dicā: tū si de re quoque uaticinari mihi licuerit, quod tibi forte uisum fuit, aperiam. Tu enim ipse in tractatu de sanguinis reiectione deligationibus, inediis uteris, tanquam quibus solis plenitudinem reuellere, non autē balneis euacuare, oporteat. Arbitror nanque te, ubi uena iam erupta sit, lauaca inhibitum, cū interim reticueris, si, ubi futuræ rupturæ suspicio adsit, uti illo uelis. Porro ut tu aliter sentias. mihi nihilo minus euidens illud satis facit, q̄ uniuersis sanguinis fluxionibus ex balneo maxima noxa cōtingat: & causa huius perspicua est: Sanguis siquidē calido lauacro in uapores resoluitur, ac in spiritus redigitur, propterea q̄ ad motum incitatur & in tumorē attollitur, ad hęc corpora calidis lotionibus, mollia debilia q̄, efficiuntur. Qui igitur fieri posset, ut cum ipsa iā molliora effecta sint, G isq; qui ea rupit, motum simul tumorem q̄, naectus sit, non facile afficerentur? Proinde haud quam per balnea illos euacuare conabimur, quibus ne propter multitudinē sanguinis uenae rū pantur, periculum impendet. Reliquum itaque est, ut ad tertium euacuatorum auxiliorum genus, puta tenuem diætam, confugiamus. Age sanè postquā hanc quoque tribus modis operatus fueris, nēpe tenues, paucosve, aut nihil nutrītes cibos offerēs, uel nequaquam offerēs, uel à cena uomitum iniungens, uideamus in primis quomodo tenuiter cibabimus: nūquid sumpta cena uomitū prouocātes? Atqui si modo quadamtenus ipsis uomitionibus intrepide uti uolemus, sic exercitorum uehementiā nos euitare oportebit: hoc enim neque plebeium quenquā latet. Supereft ergo ut uel inedia præcipiamus, aut pauca, nutritionisq; expertia alimēta exhibeamus. Verū hæc quamuis non insigniter, nutriunt tamen & ipsa: nos uero non addere aliquid, sed auferre potius cupimus. Ultimo igitur laboriosam illam ac re uera perniciosem, eque atque sacrā aliquā anchorā, quæq; oībus affectibus opitulari possit, famē accersemus, ac deinceps, & Apollonium & Dexippum ea gratia maledictis incessemus? Athic te recordari percuperē illorū q̄ H ipse de hac re docueris: nā tu ipse de inedia sic uideris sētire, tanquā ea ex numero euacuatorū auxiliorū nequaquam sit. Verū simul ac prius quod uolo demonstrero, tum & testimoniorū quæ adducis faciam mētionē. Nam inedia inter res existētes nullū obtinet locum, nihiloq; magis subsistit, quā uel cæcitas, uel surditas, quæ oīa rerū existentiū priuationes sunt. Ipsa n. ciborū adiectio ex rebus cōsistentibus est, unde & hāc opusq; eius, corporis nutritionem eſte inuenies: rursum subtractio eorundem, non eadem cum rebus existentibus est. Neque ēt proferre poteris aliquid opus illius, qualis, illa est, quæ in sudoribus uenā q̄, sectione ac clysteribus contingit euacatio, nec nō in edulis nutritio, Media igitur amborū, hoc est euacuationis & nutritionis. inedia est, ut quæ neque nutriat, neque euacuet. Quamobrē ergo ille multos ob inopiā ciborū famis tempore interisse dixit? Non mehercule ob inopiam ciborū rūdebitim, nā eadē quoq; rōne animātia in latebris degentia sine ciborū copia perdurare nequaquam possēt. Perdurātuerō hæc, idq; ipsomet Erasistrato afferente, q̄ & causā huius rei afferit: Vniuersa nanq; aīalia per exteriorem cutis superficiem, secundū qđ magis uel minus de raritate participant, transpirare ait: quā aut uel magis uel minus rara superficies cōtingat, tum multis alias causas esse, tum illas nō minimas, quæ secundum caliditatem & frigiditatem, ac quietem motumq; corporum pmutationes fiunt. Si n. qui nos ambit aer calidus existit, & aīans exercitijs uacauerit, plurimū tunc ex eo defluere contingit: At in contrario rerum statu, ubi uidelicet ambiēs nos frigidus, insuperq; animal

Animal sine motu degat, dēsari illico exteriorē superficiē, defluereq; nihil prorsus, aut unde quāque parum: & ob id ferae, quæcunq; latibula incolunt, alimentis opus nō hñt. Cum n.hæ sub hibernū frigus, quo tpe in cauernis cōmorātur, toto corpore frigidæ segnesq;, ac densæ, ob quietem redditæ sint, & exterior superficies iam adstricta fuerit, nihil tunc defluere par est, neq; etiā quod euacuum est, repletione indigere, alioqui nutrimento opus haberent: ad qđ inuestigandum ea p p incitantur, quò defecuti, quem ex inanitione percepunt, opem ferant. Patet ergo hinc q& euacatio, q in tota superficie cōtingit, defectus sit cā: & in indigentia ciborū ideo incubat, quia qđ inanitū est, repleri denuo desideret. Atqui posteaq; causa defecerit, ob quam solā animalia cibis indigebant, necessarium oīno est, ut & indigētia ipsa una deficiat: atq; ea de cauſa animalia latebras incolentia sine cibis degere pnt, siquidem neq; adiectione indigent. Mani feſte itaq; didicimus, q; nō inedia, ſed potius raritas cutis euacuet, quā ſi frigore, atq; quiete denaueris, quid cōmodi amplius ex famis cruciatu expectabas? Præterea cui de sanguinis ſputo periculum imminet, necessario tū exercitia, tū oēs supercalfactiones euitandæ erunt: ex uehemētia etenim horum uenæ rumpi plerunq; poſſunt. Supercalfactiones itē iisdē modis, quibus & lauacra, obſunt. Corpus ergo citra ullam calfactionē euacuabis: ſi.n.id uel lauacris, uel exercitijs **B**calfeceris, ipsas uenas ad ruptionē dudum inclinatas maiorē in modum lades. Quæ ergo ſic affectis cōſulendi ratio nobis ſuperest? Inediæ nanq;, niſi hominē exercitari, aut quovis modo cal fieri contigerit, euacuare nō poſſunt: uenæ uero ſectionē ueluti & alia fortiter purgātia medica menta, quēadmodū manifeſte appetat, ſumme arbitror fugimus. Hæc eſt illa admirabilis ſanē euacuantum præſidiorum opulentia, qua abundant hi, qui ad inediā configurerunt, quaq; ſola ſiutemur,* iā nobis nihil reliqui fecimus, ut quōd ſola euacuare nullo modo poſſit: rurſum qui bus adiuncta euacuat, ea ipſa maiores longe noxas quām commoda ex euacuatione habent.



GAL. DE VENÆ SECTIONE ADVERSVS ERASISTRATAE OS QVI ROMAE DEGEBANT LIBER

Iosepho Teſtandro Cracouienſi interprete.

*Ab Augustino Gadaldino ad uetustissimorum exemplarium Gracorum
fidem diligenter cura emendatus.*

ARGUMENTVM LIBRI.

Oſtendit nunquam uifſe Erafistratum Venæ ſectione: & quōd cum id non intellexiſſent eius Sectatores, tum inuicem ſunt aduersati, tum in grauiſſimos errores inciderunt.

D Quibus de causis Galenus Erafistratae Romæ coactus eſt redarguere.

C A P. I.



VM Romam initio uenisse, incidi in medicos quoſdā, qui à uenę ſectione tantopere abhorrebant, ut cū aliqñ āger quiſpiā propter plenitudinem iā p̄focaretur, ne tū quidē hoc auxilio uti uellent. Præterea mulier culā quādā, q̄ uiginti uniuſq; annorū ætatē agebat, ac ex mēſtruæ purgationis retētione faciē rubicūdā obtinebat, tuſſiebatq; paululū, & diſſicul ter ſpirabat, illi curare adorti, primū qđē mēbra illius laneis uinculis leniter excipiebat, & in inedia exigere iubebat, uenā aut ſecare nolebant, nosq; id facere uolētes, phibebat. Quia uero domeſticis ipſius mulieris familiariter utebātur, & ætate me erāt multo ſuperiores, facile ipſis eſt habita fides. Ego qđē illis uenę ſectionē tūt p̄ſ ſuadere nō conatus ſu, ſed interrogai nū mihi per eos liceret ſanguinē aduias uteri, remedij, q̄ hoc efficere poſſet, puocare: quod cum illi p̄opte confeſſiſſent, adii familiarem ipſius āgrotæ obſtricem, quam & exhortatus, ut uifſe illorum experiretur. Verū mēſtrua purgatio futura in expectatione erat: recitabatq; remedia ordine, quæ mulieri obtulifſet: & hæc quidem commoda alioqui erant, eāq; ob rē quo minus efficacia fuiffent, nequaquam

Sexta Clafſis.

bbb bbb 3 illorum

*De hacre uide
ſ. metho.c. 15.*

DE VENAE SECTIONE

Alcand.

* afferebamq.

¶ ut qui effet eo
rum omnium me-
mori, que in li-
bro de sanguis-
nis &c.

* infiammatione.

illorū imbecillitate factū esse videbāt: Postq; igit̄ ego ista percepīssē, simulq; à retentione sāgi E
nis quartū iā mēsē p̄terij se aīaduerterem, denuo cū medicis illis cōgressus, ut ad uenē sectionē
se fere conuerterent persuadere eis conabar. Cum aut̄ id facere noluissent, illorum aīum demira-
bar, maximeq; si eniterentur, ut oī conatu apertis circa uterū uenis q̄ plurimis sanguinem super
fluū illinc euacuarent: si uerò alia quæpiam uena secaretur, noxiā ex eo euacuationē euenturā
arbitrarētur. At ijs r̄identibus, q̄ uel * absq; talis auxiliū p̄ntia sanguis exuperās sola inedia euā
cuari posset, taciturnus discedebā, nihil bonae speci de muliere p̄p tussim, ac spirandi difficultatē
conciplens. Aut. n.rupto uafe ipsam ex thorace, pulmoneve fanguinē sputo eieciūram, aut sy-
nanche, uel laterali inflāmatione, uel peripneumonia, correptam iri p̄meditabat: optabamq;
uotis oībus, ueluti in delectu malorum fieri contingit, ut mulier laterali saltē inflāmatione cor-
riperetur, Incutiebat quippe mihi terrorē, tū acuitas periculi, qđ ex synāche, peripneumoniaq;
subitura esset: tū ex ruptione uasis in pulmone lethale nōumentū, id qđ postea re ipsa est subse-
cutum. Dum. n. illa uehementius tuſſiret, sanguis ētunā extroſum ferebatur. Atqui iā uel uulgo
nō pauci medicos obiurgabāt, q̄ illi mulierculæ uenā incidere uetusſent: sperabantq; oīno futu-
rum, ut ēt si id prius non fecerint, hoc tñ tpe uerecūdia ducti, usū p̄fati auxiliū concederent. Cete-
rū cū hi, neq; tū quicq̄ cōmouerentur, sed potius uincula mēbrorū fortius adstringerēt: iuberēt- F
que uterum remedijs irritare, ac mulierē inedias sustinere, ego & ob æratē, & celebre nomen ui-
rorū, nihil me amplius profecturū credens, illinc discessi. Mulier quoq; ipsa nō ita multo tpe in-
teriecto, in sanabili spirationis difficultate coercita interijt. Synāchici p̄terea nō nulli, ubi eis à
uenæ sectione interdictū esset, istorū opera pierunt q̄ celerrime. Fuit & alter q̄ spiā, q̄ ueris tpe,
cū p̄ totā hyemē magnopere repletus sine exercitijs degeret, ac totā faciem una cum ipsis ocu-
lis adeo rubicundā h̄ret, quēadmodum si q̄s pronus capite in terrā defixo, cruribusq; in altum
protēsis sub hmōi figura p̄ſueret, quinto tandem die repente præ anhelitus difficultate suffoca-
tus est. Hos ēt insecuta est mulier, numero quarta, quā illi uenæ sectionis hostes, retentione men-
struæ purgationis non paucō tpe grauatā, eodē pacto ad interitum ferē p̄traxerant. Nā primis
tribus diebus ipsam in inedia conseruabant, febri. n. continua laborabat. Quarta uerò luce pau-
xillum quid sorbitonis exhibentes, quintā sine cibis transfigere iusserunt: in qua illa grauissime
exacerbata desipiēs profiliebat, & clamore iā extra fores ab illa sublato, uix tandem ab ijs, qui eo
confluxerant, retineri potuit. Verū hanc natura copioso sanguine ex naribus effuso seruauit. &
dabatur occasio, qua non sine admiratione discere poteramus, quātā hēat facultatem ad hmōi
affectuum medelā ipsa sanguinis subtractio: mox. n. post sanguinis ēnaribus proruptiōnē mu- G
lier ab oībus symptomatis libera euasit. Ego uero, quanquā ante sermonē cum medicis insti-
tuere ueritus fueram, q̄ ea considerarem, q̄ illi pro non admittendo uenæ sectionis usu dicturi
fuissent: cum tñ oēs aīaduerterent mulierem manifeste ex sanguinis euacuatione seruatam esse:
saltem mortuos illos ad memoriam eis reuocādos duxi, q̄bus si quis uenā secuisset, forte fuisset
& ipsis seruati: * afferebamq; ad hæc rōnes quādam. Hi uerò uerba ultro citroq; inuolentes
se ipsis implicabant, nihilque prorsus certi statuebant, ac postremo ad Erafistratū configie-
bant, quē utpote primo de reiectione sanguinis libro dicebant declarasse, q̄ uincire ipsa mem-
bra, q̄ uenam secare longe p̄ſtaret. Aiebant p̄terea illū in opere quod de febribus inscrip-
fit, uenæ sectionis, neq; a principio meminisse, t̄ cū alioqui ea oīa recensuerit, q̄ de sanguinis re-
iectione indicauerat. Ridendus. n. modis oībus effet, si uenæ sectione in eo affectu, qui ea maxi-
me indigere uidebatur omissa, de alijs uerba facere nō destitisset. Asserebat quoq; q̄ Erafistratū
ipsē nō solum in opere de febribus, uerū & in reliquis tractatibus omnibus, uenæ sectionem
reticuerit: neq; etenim uel in quo de affectibus alii tractat, uel in quo de resolutionibus, uel ubi
de podagricis morbis differit, aut cū de salutaribus agit, uenæ sectionis auxilio usus est unquā,
idq; cū ille in de salutaribus tractatu multitudinē sanguinis p̄cipuam morborum causam esse H
arbitratus sit. Porrò ego ea, quæ dicebant, iterum demiratus, illos de hac saltē interrogabā,
num prorsus uenæ sectione non utendū censerent, uel cū quis pulmonis * ulceratione labo-
ret, uel synanches more p̄focaretur, uel ubi mēstrua purgatione, hæmorrhoidibusve suppres-
sis, sanguis redundans ad partes thoracis propelleretur. Illi aut̄ ad hæc r̄idebant, ægrotos, q̄ ab
Erafistrato in commentarijs De diuisionibus descripti fuerāt, nobis in mediū adducētes: inter
quos in primis Critonem quendā, ac puellam ex Chio oriundam, proferebant. Et q̄ illum qui
dem à principio synanchicis cruciatibus corruptum, atq; uehementer repletum, hanc uerò mē
struis retentis sanguinisq; multitudine uerlus pulmonem impetu delato, Erafistratus (quemad
modum ipfem in scriptis testatur) per uenæ sectionem nunquam curasset. Ceterum cum illi
hæc adhuc loquerentur, superueniens Teuthras, quispiam ciuiis, & commilito meus, ut erat mo-
ribus planè ingenuis, Non flectes istos unquam, inquit, ut qui eo usq; stoliditatis processerint, ut
& illos in memoriam reuocent, qui Erafistrati opera interiere. Quid enim, inquit, aliud in
causa esse potuit, quōd illi, quos nobis isti proponunt, perierint, nisi quōd in eis prætermis-
sum sit uenæ sectionis auxilium? Cur item alij permulti interierunt, qui per tempus euacuari
ab his prohibiti sunt? Et eos deinceps omnes una cum ipsis affectibus, quos perpeſſi fuerant,

quo-

Aquorumq; ego nō multo antea memini, nominatim ordineq; recensuit: ibiq; in cachinum effusus; manu me comprehendit, attrahensq; in uitum à medicis abduxit. Quin etiam in sequēti die Erasistrati de diuisionibus commentaria in publicum producta coram uniuerso philosophorū cœtu relegebat, partim ut indicaret Erasistrati culpa & Critonē & puellulam illam Chiensem perisse, partim uerò ut medicos natu grandiores ad colloquium p̄uocaret: uerum illi, quia de certare cum adolescentē infra dignitatem illorū putabant, tum non cōparuerūt: mos enim illo tempore erat, ut aliquis quotidie palam ad publicas quæstiones responſa daret. Quæſitū ergo à quopīa fuerat: num Erasistratus recte fecerit, quænae ſectione nunq; fit uſus. Hoc p̄blema, quān do ita uisum erat ijs, qui cōaudiendi cauſa cōuenerant, ego explicauit: ppter eaq; Teuthras hor tabatur me, ut ea, quæ illis locutus fuissim, puer quē ſe ad me missurum receperat, dictare non grauerer: quia breui in Ioniā ab nauigaturus erat, ardentioreq; animo uelle ſe ea p̄fus habere dicebat. Ego itaq; amicis cōſilijs acquiescens, sermonem illum scriptis mādaui. Porrò accidit ut liber per illū paſſim diuulgatus, per multorum manus p̄ater ſententiā meam uagaretur. Atq; oratio & familiari doctrinæ ſmagis, q̄ b̄ publico cuiq; operi quadrans, contexta erat: amicus. n. ille, ut p̄ſatus ſum, eā dictari tñ cupiebat. Quanq; aut liber & tam humili ſtylo conſcriptus eſſet, q̄

B multisq; defectib⁹ respectu pfectæ orationis, ſcateret, tñ eo ipſo ille multo maiora effeſſe ui-debatur, q̄ ſperare quis potuifſer. Omnes etenim ijs, qui ſe hoc tēpore Erasistratēos uocant, cōtrariā priori rationem ineuntes, iam inde uenam ſecare consulunt, non ſolum cunctis iis, quos paulo antea commemorauit, uerū etiam quauis febre correptis, qua propter iuxta Stesichori di-ctū arbitror me apud illos palinodiam aliquā emeruisse, in qua eos cum primis admonēdos cē ſeo, ut in ſermonū commercio quantūcunq; uelint contentioſe ſe gerant, deposita tñ in utrāq; partem propensionis temeritate, ægrotis parcere diſcāt. Neq; enim uenæ ſectione inhibēda eſt p omnia, neq; rurſus illos, quibus Erasistratus inedia iniungit, oēs (id quod huius temporis Eratiſtrati uniuersi afferunt) uenæ ſectione egere arbitrandū eſt. Huc accedit q̄ non facile cognituſit, quibus oībus huius auxiliij uſus confeſſat: tum uel mensura, uel uena quæ ſecari debet, uel ſectionis tēpus, non ſine negocio reperiatur: proptereaq; illam in quoquis morbo Erasistratum puto adeo neglexiſſe, ut & in illis, q̄ eā magnopere req̄rere uidebātur, ille ipſa uti uetuerit. Et hinc ſanè per inflammationis tempus in inedia, ut aiunt, ægrotos degere iubens, hæc ad uerbū ſcribit: Venæ enim poſtea quam euacuatæ fuerint, ſanguinē, qui in arterias inſilij, facile ſuſcipient: quod ubi contigerit, inflammationes minus accident. Si ergo inediā, inquit illi, uelut euacuatorum auxiliū p̄cipit, multo ſanè commodiſſ ad uenæ ſectionem ſe contulifſet. Et q̄ quidem ipſe, ubi celeriter euacuare cupit, multo commodiſſ ad uenæ ſectionem transiſſet, pro beilli dicunt: nihilo minus tamē hoc loco ſcopos, qui illius uſum aliquando impediunt, p̄ter miserunt: quos ego proceſſu ſermonis recenſere conabor.

Quād diſſentiant Erasistrati de ipſa Erasistrati de uenæ ſectione ſententia percipienda. C A P 2.

Qværitur uerò * nunquid absolute factu p̄ſtantius ſit, uerum an Erasistratus p̄ſidium hoc * nūc non quid aliquid uifurpasse reperiatur. Hoc autē cum ego Romā primam appulifſem, omnes qui ex Erasistrati diſcipulis erant, antea negabant: nūc uerò probatissimi, quos ego noui, ab his tanquam in re minima diſcrepare manifeſte aīaduertūt. Ut enim cæteros p̄teream, Stratonem ipſum tibi in memorā redigam, qui Erasistrato erat ſumma neceſſitudine iunctus, ac eam ob rē cum in patriā ſcriberet, & ſeruiuiffe ſe illi haſtenus diceret, inter alia hæc ſubiungit, Erasistratus iure optimo laudibus extollēdus eſt, p̄cipueq; q̄ ea oīa, quæ ueteres per uenæ ſectionē cura-re conati ſunt, ille citra illius uſū medicatus eſt. ** Quanquā uel Stratō ipſe, curādi rationes b̄ ſe abſq; uenæ ſectione inſtituiffe in cōmentarij ſuis aperte ſatetur. Neque uerò nimirū eſt q̄ Eraſistratus Chryſippū Cnidiū in omnibus ſequatur, q̄ppe qui ſtatuerit ſe uenæ ſectione (id qđ & Dille fecit) non uſurum. Idē quoq; & Aristogenes, & Medius cæteriq; oēs, q̄ Chryſippi ſentētiae ſubſcribunt, feciſſe uidentur. Quantū ergo ad ægrotantiū ſalutē attinet, multo melius eſt ſi cre-damus, q̄ Erasistratus uſus ſit uenæ ſectione: quantū aut ad huius ſeculi Erasistratēos, id nō cre-dere longe p̄aſtiterit. Extremæ enim dementiae eſſet, ſi quis Erasistratū eapropter in affectibus paulo ante enumeratis uenæ ſectionē ſilētio p̄aſteriſſe putaret, quia ille alioqui uenas euacuā das palā ceneſat, hūcq; totius curationis ſcopum ſtatuiff'e alicui uideatur, eō q̄ illum in quibusdā affectibus famē conſulere anima aduerterit: nanq; aperte cōſtat iſtud eueniſre iis qui uenæ ſectionis auxiliū, parem ipſis inediis facultatē obtinere dicunt, quod lītātundē non ualeat, & quād ſtam diſtinctiones neceſſario poſtulet: quas inueſtigare poterit is, qui exacte p̄dicerit, quādo facere liceat: iā euidenter rō eos conuincit. Scripſiſſet etenim Erasistratus diſtinctiones has, ſi modo, ut iſti uolunt, uenæ ſectioni tribuēdū quicquā putat. Eoq; pacto oīo iuſtorū in utrāq; partē inclinando ſe ipſam prodiſt, ſi nāq; hæc eadem facultate pollet, Erasistratus & in tractatu de ſcribus, & in aliis pleriq; quorū ſuperius cōmemini, de uenæ ſectione aliquid ſcribere nō temere poſthabuit. Si uerò uenæ ſectionis p̄ſidium eandem cum inedia dignitatē non obti-net, non recte illi ſentiuſt, qui nos ex iis, quæ de inedia ſcripta ſunt, de uenæ ſectione quoq; con-iecturam

A ἀκουστικό.
B ταυγράμμα
C Τρούπας ὡς

A* Et ſane uel
B* ſemper
C* uideatur

DE VENAE SECTIONE

lecturam facere debere aiunt. Quanq; & in hac parte sermo ipsorum inediam inutilē esse indicās, E se ipsum denuo^{a*} implicat. Nā si ob id inedias probamus, q; uenis per eas euacuatis affectus minui cōtingat, multo hercule commodius fuerit, ut euacuatione semel adhibita ab inedijs abstinea mus, ut q; & ægrotos ingenti molestia afficere soleant, & uigilias ac inquietudinē, orificiij; uenitris afflictionē, tum succorū corruptionē, nec non alui, atq; interdū urinæ suppressionē inferāt.

Neque in Puella Chiensis, neque in Critonis historia uenae sectionis ab Erasistrato habitam fuisse mentionem; sed utroque quod ea omissa sit interisse.

C A P. 3.

B* reiectione.

C† Alex anti quis. infecuta autem fuerant & febricula ijs ipfis diebus.

D* Alquie- runt.

E† In Grecis antiquis legitur. τοις πυριταισι ταν ισεπας, νει προδέταις. i. & fomentationib⁹ ueri, & subdi- tis. s. pessis, reli- quaq; uiclus ra- tione medicari. &c.

F† In quibus- da antiqu. cod. gracis particu- la illa, non, non habeatur.

G† A curatio ne igitur circa interum adhibe da abstinuim⁹, difficile esse ar burati, durati- bus adhuc fe bribus purga- tiones facere.

H† In Grecis impressis ἀλλα μύρτοι οὐδὲν, ερασεν, ἀλλα που οὐ ἔτρεχον οὐδὲ πυριδης οὐαγωγαι. Ma nuscripti hēs, ἀλλα μύρτοι οὐ δὲν οὐδεῖς αλ λά που οὐδὲ τρέχει οὐδὲ πυριδης οὐαγωγαι. i. sed certe nihil postea, sed & quandoque re- currerbat iā pu- rulēta reiectione.

I† A curatione igitur circa uie- ri adhibenda abstinuimus, difficile &c.

† K De fomenta- tione & subdi- tis s. pessis.

Recete ergo admonemur in ijs, quæ adiecta sunt libro De uictus ratione acutorū, sanguinē mittente, si magnus sit morbus, & æger florēti sit ætate, roburq; adsit. Perperamq; Menodus in sola syndrome plethorica seruari uenae sectionē inquit. Contra n. prorsum sanguinis mitterendi scopi, primum in se plenitudinem non comprehendunt, sed fientis, q; sic dicam, § passionis suspicionem. Nam si eam magnam fore appetit, omnino sanguinem mittemus, etiā si nulla existat plenitudinis nota, tantum inspecta ætate, uiribus, & regione, q; sola in ijs, q; adiecta sunt libro De ratione uictus, recenseri conspiciuntur. Vigentes enim ætate propter pueros, & senes in distinctionem aslumpsit. Cæterum primi principesq; mittendi sanguinis scopi sunt, morbi magnitudo, & laborantis robur: & hanc esse primam dicendum est syndromen, non plethoricā, in qua seruata sit sanguinis missio; in illa enim, & hæc comprehenditur, ut q; morbi magnitudinem adaugeat. Quippe nō solū ubi iam adsit morbus grauis, sanguinis detrahendi tempus est, sed ubi futurū suspicamur. Anteuertit. n. Hippocratis doctrina, qua nos docet, quæcunq; morbis iā præsentibus recte perageremus, melius esse, ut ipsa morbis incipientibus, aut imminētibus, anteu-

19.7.1.136. c.

Ctendo faciamus. Quare & propositos scopos ad sanos transferre liceat. Siquidem & his sanguinem mittere expedit, ubi nimirum magni alicuius morbi metus imminet, ratione habita, & ætatis, & uiriū. Nā si quis, ut magnū incurrat morbi sit habilis, licet nullum ēt corpore symptomā acciderit, uenam tñ secundam censemus. Satis est enim ætatem, & uires inspexisse. Itaque tria sunt q; agnitionem cōtinent, morbi magnitudo, aut p̄sens, aut imminēs: ætas florens: & uirium robur. Forte uerò negligentius in ijs, q; adiecta sunt libro De uictus rōne acutorū, exposita uidere possit una ætatis particula. Nec enim florentem duntaxat dixisse recte habet, sed addenda est, &c, q; illā præcedit, & q; sequitur, uti uidelicet duæ tantum distinctioni eximantur, nempe puerorum, & senū. Verum senū ætas in uirium uerbo comprehendi potest: nulli. n. qui ea ætate est, robur inest. Quibusdam uero medicis ne pueris quidē robur inesse uisum est, sed perperam rē intelligentibus, sicut alibi nos ostendimus. Itaque si magnum fore morbum expectamus, aut iā præsentē in spicimus, aut incipientē, uenam tundemus, uirium habita ratione, tantum q; ex oratione exceptis pueris: dicemusq; minus perfecte positā ætatis dignotionem ab eo, qui conscripsit ea, quæ adiecta sunt libro De uictus ratione acutorum: Satis. n. sunt ad incidendā uenam hī dūtaxat scopi. Neq;. n. ubi tanta crudorum humorum copia accumulata est, ut secundam uenā prohibeat, ratio redarguitur: nam istis uirium robur non adest. Estq; hoc indicium, eos haud posse sanguinis missionem perferre, quando una cum colore corporis totius, qui exciderit ab indicando sanguinē abundare, pulsus adest in uehementia, & magnitudine inæqualis, exuperatibus per ipsius inæqualitatem, imbecillibus, & paruis. Definitis itaq; tribus mittendi sanguinis scopis, nēpe morbi magnitudine, aut præsente, aut imminente, aut incipiente; ætate florente: uirium robore, extra puerorum ætatem: ad alia antedicta mittendi sanguinis indicia, q; non pauci medici adiicienda censuerunt, nunc accedamus. Coindicant autem hēc detractionis quantitatē, non ipsam sā guinis detractionem. Itaque ex morbo, ætate, & uiribus, minuendus esse sanguis cognoscitur: at uacuationis quantitas non existit modo, sed ex alijs deprehenditur. Ea sunt, plethorica uocata syndrome: aeris nos ambiētis temperies, in tempus, & locum diuisa: ea que, quæ in anteacta acciderunt uita circa comesorum tum quantitatē, tum qualitatē: excretionesq; ac motiones, aut factas, aut non factas. Sed quænam sit in his diuersitas, paulo post uiderimus.

De ratione uacuandi eos, qui cum plenitudinis indicij sanas obeunt actiones.

C A P. 10.

In præsenti aut de utriusq; plenitudinis notis contemplabimur, an ubi ea in homine solita negocia obeunte apparuerint, mittendus illi omnino sanguis sit: an id necessarium non sit; ubi nulla magni affuerit morbi expectatio. Porro quid hac de resentiam, neminem uestrum ambi-

gere

DE CVRANDI RATIONE

gere arbitror, ut qui s^æpe affueritis sanguinis missionē suadenti, tum podagricis, tum arthriticis, E tum epilepticis, ad hæc melancholicis, quiq; sanguinem anteā expuissent, aut in thorace structu ram fortiti essent ad id malum idoneam, præterea uertiginosis, quiq; assidue corripi solent angina, peripneumonia, pleuritidibus, hepatidibus, ophthalmis uehemētibus, aut, ut in summa di cam, magno quopiā morbo. Nā in illiusmodi omnibus necessarium esse remedium minutionē sanguinis arbitror confessim adhibitam, post habitam uirium, atque etatis rōnē. Hæc enim si for te aliquando non dicātur, subintelligere oportet. At qui nihil eiusmodi unquam antea percessi fuerint, omniumq; corporis partium inculpatam fortiti cōstructionem, geminam me uacuatio nis uiam proponere nostis, per uenæ sectionem quidē, si in uidu sint intemperantes: citra hanc, si tēperantes. Licet n. frictionibus multis, balneisq;, & ambulationibus, alijsque motionibus, ad hæc unctionibus digerentibus, celeriter plenitudinē exhaire, si utiq; uidebitur non esse crassi sanguinis abundantia. Talis est, ut plurimum melancholicus, raro uerò crudorum quos uocant humorum. Cæterum in redundantia humoris melancholici sanguinem mittere præstat, aut cer te omnino medicamento uti atrā bilem expurgante. At ubi crudi succi exuperant, ante quām morbus inuaferit, caute uacuabis: sed ubi iā febris corripuerit, ut ante monui, nequaquam. Ha bebis uerò eorum indicium tum colorē ueluti plumbeum, aut ex pallido album, omniaq; poti⁹, F q̄ rubrum, tum pulsuum inæqualitatē. Si uerò etiam admodum creuerit talis plenitudo, tum & corporis illis grauitas inest, atq; ad motus pigritia, tū mentis tarditas, & sensus hebetudo. Contra uerò si quibus ex compressis hæmorrhoidibus cumulatus in corpore sanguis extiterit, auda cter uenam incides, etiam si antea grauem experti morbum non fuerint. Fieri enim potest, ut ap ti quidem ad eiusmodi aliquem fuerint, cæterum ob inanitionem, quæ ex hæmorrhoidibus fit, nondum percessi. Porrò si quæ illis partes prauam sortitē structuram appareant, ac potissimum in thorace, omnino eis ocyssime sanguinem detrahes.

Deratione euacuandarum mulierum, quibus menstrua suppressa sunt, ac quod sanguinis missio reuellendi gratia in antī etiam corporibus adhibetur.

CAP. 11.

Idem me sentire nouistis, & de mulieribus, quibus menstrua restitit purgatio. Neq; enim profecto proroganda in his euacuatio est, non tñ necesse est illis uenam scindere: quippe cū malleolorum scarificationes superfluitati quādoq; euacuandæ satis esse queant: & quæ & alioqui hoc ēt hñt, q̄ mensū uacuationem ciere possunt, sicut ēt in malleolis, ac poplitibus incisæ uenæ. Nam plenitudines à suppressis mensibus ortas, omnino per crura euacuabis, siue uenam secare oporteat, siue scarificare. Sece n. in cubito uenę mulierum reuellere purgationem assolent. Por G rò quæ ex mulieribus albidiōres sunt, sanguinem aceruare tenuem solent: quo circa adhibiti⁹ malleolorum scarificationibus maxime iuuātur. At quæ nigriores sunt, secta uena curato: crassiorem enim sanguinem, ac magis melancholicum colligunt, magis uerò etiam si magnas habere uenas appareant, quod illis accedit, quæ graciliores sunt, ac nigriores. Carnosis uerò, & cādidis paruæ insunt uenæ, quibus malleolos scarificare, q̄ uenā secare p̄stiterit, quippe cum hæ par uas in cruribus uenas habeāt: itaq; etiam si probe secentur, quod iustum tamen sit, non profluat. Cæterum nō cōtemnenda uenæ sectio est, tanquā non sit auxilium reuulsorium, cum me s^æpe numero conspexeritis in ualida sanguinis è naribus eruptione eo usum, repente fluxionem sedasse. Expedit aut, uti uidistis, non eō usq; sanguinem educere, dū ad extremum uires ducātur, sed quoad quod symmetrum moderatumq; sit eductum uideatur, prorumpētisq; sanguinis impetus nondū flaccescat, sed ualidus permaneat: secare in cubito uenam, si ex dextra nare prorū pat sanguis, in brachio dextro: si ex altera, in sinistro. Simul autem cum hoc agis, artibus uincula iniicito, aut ex lana, aut ex canabe: tum hypochondrio direcē supposito cucurbitam admitti to. Nā hæc nos faciendo, ut scitis, semper erumpentem ex naribus sanguinem compescimus, cum antea experiundo, quæ scribunt in nares inferenda medicamēta, atq; in frontem illinēda, H infirma omnia cōpererim. Itaq; ad ea, quæ supra de sanguinis missione dicta sunt, & hoc quoq; Menodoti opinionem conuincit, qui putari plenioram uocata m̄ syndromē remedii nos admonere. Nam quæ dicta est affectio, pleniora plane contraria est. adhibemus autem ad eam sanguinis missionem non ut euacuatorium, sed ut reuulsorium remedium.

Quando melius succedat partita sanguinis detracō; quando semel confessim, uel ad animi deliquium usque uacuandum.

CAP. 12.

Nihil æque artem medicam in agendo conjecturalem efficit, uti cuiusq; remedij quantitas. Etenim, cum frequenter cōpertum habeamus tempus instare exhibēdi, aut cibi, aut potus, eiusque, aut calidi, aut frigidī: quantū tamen dandum sit, certo haud nouimus: Idem usū uenit in purgātibus medicinis. Nam quod laboranti prēbendum sit medicamen, aut bilem, tum flauam, tum atram, aut pituitam, aut serofum excrementum euacuans, exacte nouimus: cæterum quantū præberi debeat, *nescimus. Atqui talis exhibitio corrigi postea nequit. Nam quod semel in uentrem deuoratum est medicamentum, quo minus omne deuoratum sit, fieri non potest: neq; non simus fir mire.

3103

A tempore, fluere sinere, quoadusq; recte habere appareat. Quapropter præstat, nisi quid urgeat, priori missione minus detrahere, iterumq; eam repetere, immo si lubet, & tertio. Vbi ergo nulla euacuatione est opus, uerum uires sunt imbecilliores, in his euacuationem partiri expedit, ut nimirum & me fecisse uidistis in ijs, quibus crudiorum inerat humorum copia. Nā pauculo sanguine detracto, protinus melicratum exhibeo probe coctum cum incidentium medicaminum quopiam, uelut hyssopo, origano, & interim etiam nepita, aut pulegio, aut certe cum melicrato oxymel, aut oxyglycy: ac sic rursum sanguinem minuo, uel ipso eodem non nunquam die: inter dum die postero, in quo rursum exhibitio propositorum medicamentorum quopiam, iterum de sanguine quid aufero: ac rursum tertio die similiter bis. Cæterum ubi feruescentis inest sanguinis plenitudo, acutissimam accendens febrem, subito ac simul euacuare expedit: eamque inanire tentandum, uel ad animi deliquium usque, uirium modo inspecto robore. Itaq; memini qui busdam sex detractas protinus cotylas aut postridie, aut tertio, quartove: quibusdam primo ēt die, cum febris principio noctis cœpisset, aut medio, ac quæ pridie comedérant, probe fuissent concocta. Nō nullis autem pridie in æqualitatem, aut* sudorem, aut dolorem capit is alteriusve alicuius partis se sentire querentibus, ac proinde parce esitantibus, ubi febris præcedente inua-

* Al. granitatem,
& ita ēt legit.
Oribasius.

Bissem nocte, primo etiā die me sanguinem detraxisse memini. Nam in quibus tibi sanguinis feruentis copia appetit, quām ocyssime eum uacuare conator, priusquām in principem aliquam partem ingruat. Quamobrem nec per noctem sanguinem aliquando mittere uerearis. Siquidē ridiculum est, quod quidam factitant, à secunda diei hora ad quintam, aut sextam solummodo sanguinem mittentes, haud alio quoquis tempore: quos si non clysteres, cibum, aliaq; exhibere remedia quocunq; tempore noctis uidissem, grauiter profectò in illos inueherer. Quoniam uero omnia agunt, haud præfinito uno horarum numero morbus morbis communi, sed ut affectus moneat, in sola autem missione sanguinis dictum modo tempus semper obseruant, tolerabilis est illorum error. Sic itaq; affectis ægrotis, ut diximus, expedit & ad usque animi defectum sanguinem educere. Noui enim ex iis quosdā necessario ex animi deliquio refrigeratos, ac toto corpore affluentibus madoribus, & alio rupta, celerrime morbo liberatos. Vtile est autē pulsuum diminutionibus animum aduertere, tangendo eos sanguine etiamnum fluente, sicut in alijs omnibus, dum sanguis mittitur, facere consueui, ne uidelicet nobis, nec opinatiibus, pro animi deliquio mors occupet: quod sanè tribus eueniisse medicis noui. Venam secabat eorū unus mulieri febricitanti, aliorum uterque uiro, sed ad tantum animi duxere deliquium, ut uires recuperari non possent. Proinde satius est tam copiosis uacuationibus abstinere, nisi magna incumbat necessitas. Quin & reuisionem, non leue & ipsam auxilium, quodq; sèpe secta adhibetur uena, quanto maiorem in numerum particulares auxeris detractionis, tanto efficaciorem effecris. Hæc itaque prænouisse præstabat.

Quæ præuidenda ante uenæ sectionem, ut tuto sanguinem mittamus.

C A P. 13.

R Urum autem à principio ad propositam reuersi speculationem, exponamus quæ summe necessaria esse compertum habemus iis, qui innoxie uenæ sectionem obire semper uolēt. Primum omnium scire conuenit, dum propositi scopi huius præsidii augentur, maiorē indicare euacuationem, dum uerò exoluuntur, tñ detrahendum de sanguinis missione, quanto illi minor res euaserint. Morbi itaq; magnitudo cum uirium robore primi erant mittendi sanguinis scopi, ille quidem quæ facienda sunt indicans, hic tanquam illum haud prohibens, id quod contra indicare iuniorum medicorum quidam appellant: Non nunquam, n. affectio mittendum sanguinem commonet; cæterum uirium contra robur prohibet. Quibus ambobus scopis præsentibus, constat, ut ante diximus, nullam esse crudorum humorum tantam talesq; plenitudinem, quæ hoc inhibere auxilium possit. Deinde considerandum, quæ sit naturalis hominis temperies; Nā

D quibus amplæ sunt uenæ, quiq; modice graciles sunt, nec candidi, neq; tenera carne prædicti, copiosius euacuabis: contrarios autem parcus, quippe qui exiguum habeant sanguinis, carnemq; facile transpirabilem. Hac ratione nec pueris uenam tundes, usque ad quartum decimum ^{etatis} annum: post quem si multus congestus sanguis appareat, tempusq; anni uernum fuerit, regioq; natura temperata, & pueri natura bene sanguinea, sanguinem minues: multoq; magis, si aut peripneumonia, aut angina, aut pleuritidis, aut alterius acuti grauisq; morbi, periculum incubat. Detrahes autem primum, ut summum, ad cotylam usque. Quod, si postea perpendenti uires, permanere ualide uideantur, dimidium eius adiicies, reiterat amissionem. Didicisti autem uehementi pulsui cum æquabilitate, tanquam minime fallaci uirium robustarum signo, fidem semper habendam esse, ex abundantia autem & magno. Itaque & septuagenariis, modo dicti adsint pulsus, si affectus iubeat, uenam secabis. Sunt enim quidam, & in hac etate multi sanguinis, uiresque habent robustas: sicut alii siccii, & pauci sanguinis, & facile * arescentes quavis percussa parte. Itaq; non numero annorum solummodo animum aduertes, quod quidā faciunt, sed & corporis habet. Nam sunt qui sexagesimo ætatis anno uenæ sectionem non ferant, cum quidam qui septuaginta nati sunt annos, perferant. Veruntamen minus his utique detrahes, etiam si eandem habet affectionem, quām florens corpus, appareant.

* Al. nigrescen-
tes. & ita Oriba-
fius.

DE CURANDI RATIONE

Quibus indicis uacuandi sanguinis mensuram discernamus.

CAP. 14. E

Optimum autem fuerit, priusquam aperiatur uena, haec omnia considerare, & maxime hemoroidibus suppressis, aut muliebri purgatione. Vbi uero incisa uena sanguis effluit, mutationi eius, & maxime cum adest iam phlegmone, labascientia; fluxionis robori, potissimum aut pulsuum mutationi tanquam indicio haudquaquam mendaci, animus diligenter attendendus est: continuoq; quicquidem pulsu alterascente, aut in magnitudine, aut in qualitate inaequabilitate. Nam de mutatione in imbecillitatem, quid attinet dicere? didicisti. n. in hac qualitate certam fieri discretionem firmarum, infirmarumq; uirium. In quibus autem iuxta lectam uenam phlegmone est ingens, optimum est sanguinis, & in colore & in consistentia mutationem expectare, sicut in dicit Hippocrates in libro de acutorum uictu, qn de pleurite uerba facit: alius. n. est qui in phlegmone est sanguis, ab eo qui secundum naturam, utpote plus excalvatus. Nam si antea crudior erat, rubrior modo, & flauior efficitur: si eiusmodi prius fuerat: ad atredinem uergit adustione.

De uict. Acu. cō
men. 2. t. 10. 7.
217.b.

Proinde Hippocrates de pleuriticis hunc in modum scripsit: Secunda uero in cubito uena interna: nec uerarum multum detrahere, donec rubrior, flauiorq; multo fluat, aut pro puro, & rubro liuidus, utrumque n. euenuit. Siquidem signum constitutum assumpti alicuius in sectam uenam ex phlegmone sanguinis, mutationem in eo apparere. Non tñ omni ex parte haec expectanda est: sed est qn ante quam fiat mutatio, cessare conueniat, idq; dupli nomine, ob infirmas uidelicet uires, aut phlegmones malignitatem: interdum. n. nihil ab ea emittitur, sed inibi fortiter costrictus est. Si tñ uires exoluunt euacuatione nondum uideantur (id quod ex pulsu scies, & si cui sanguis

Oribasius legit d'eo yáp. 151. mittitur, aetate sit florenti) expectanda est mutatio, potissimum si ambiens sit temperatus, & Duo n. haec sunt, ob quae maxime conjecturalis efficitur euacuationis in hoc auxilio quantitas, laborantis natura qualis sit, quam utique ad amissim nouisse non liceat: & ambientis temperies qualis sit a missa sanguine futura. Nam cum febrilis calor multum sanguinis digerit, atque abstineretur laborans uictitat, necessario breui illum nutrimentum ex sanguine destituit, interim que uirunt, ob quam uires exoluuntur. Absumitur autem ob laborantis quidem temperiem, si calida humidaq; sit, cuiusmodi est puerorum: ob ambientem uero si regio sit calida, & tempus aestiuum. Proinde minus de trahimus, q; plenitudo commonet, quod ad aetates quidem attinet, in pueris: quod ad corporis habitus, in candidis, & quibus mollis teneraq; est caro, quales Galli sunt: quod ad teipsum, sub canace: similiter et in regionibus, & constitutionibus. Alia uero ratione, ut & ante propositum est, in contrariis, hoc est in frigidis tum temporibus, tum locis, largam euacuationem fugimus, propter insequentem nimirum refrigerationem. Quapropter unum definire in quoq; dictorum uacuationis modum scripto non licet. Memini. n. quibusdam ad sex usque libras sanguinem detrahitum fuisse, ita ut febris protinus extingueretur, nec ulla sequeretur uirium afflictio: quibusdam uero sesquilibram haud citra leue saltem uirium detrimentum: quibus si quis duas uacuasset, extreme laesisset. Quapropter utiliter quibusdam unam quoq; detraxi aliquando, immo uero non nunquam hac quoque minus, idque ex uena aut cubiti, aut poplitis, aut tali. Nam ex uenis, quae ad magnos oculorum angulos conspiciuntur, aut sub lingua, quod certe mentione dignum sic effluere non solet: sicut nec si quis summa in manu, aut pede uenam fecerit, quemadmodum putat, qui liuenem curari aiunt a uenae, quae ad secundum paruum digitum sita est, sectione, de qua fuis deinceps differetur.

Quod natura euacuatione e directo soleat affectus omnes personare.

CAP. 15.

* πάνθος εστιν
εγραφέσιον
Οριβασίου
απόλυτη
απόλυτη
απόλυτη

Quæcumq; igitur de hoc scenmate, siue speculatione, a medicis dicta sunt, ea si scribere agrediar, opus erit libro iis singillatim dicato, eoq; ingenti. Ceterum quemadmodum in aliis, quae hactenus definita sunt, effeci, ut s. & mentem meam uobis exponerem, qui eam a rebus ipsis probari uidi distis, idem nunc quoq; faciam, sumpto initio ab iis, quae quotidie in laborantibus uidentur: quae quidem Hippocrates diligenter obseruata, memoria prodidit. Est uero eorum unum primariumq; caput, hoc scilicet: Quibuscumq; κατ' ιψην eruptio sanguinis accidit, summum id commodum laborantibus assert: hoc autem κατ' ιψην quod in rectum intelligatur, omnibus cōfusum est, cum clarissime se penumero hac uoce κατ' ιψην in hoc utamur significato. Quibus uero contra euenuit, nihil iuuat, aut et interdum nocet, q; uires scilicet citra morbi leuamen deiiciat, atque exoluat. Non enim in liene turgente ex dextra nare erumpens sanguis, nec in iecore ex sinistra, ullam fert utilitatem: sed reuulsio quibus in directum exhibetur, evidentem utilitatem celeriter ostendit: quibus contra, haud est. Dextra igitur nare sanguis erumpens, ad dextrum hypochondrium fixa cucurbitula, clare celeriterq; sifit: sicut ad linistrum, ex sinistra erumpens. Porro reuulsionis causa, si uenam feces, in directe quidem oppositis sanguinis eruptionibus, citissime conspicuam uidebis utilitatem: at si contra feces, nihil profuerit.

Venæ sectione e directo patientis partis fieri oportere: ac de uenis, quae in cubito secantur.

CAP. 16.

* in græc. cod.
nō habetur hac
particula nega-
tiva.

Sic affecto liene hand aequa adiuuerit circa anularem digitum sinistram manus incisa uena, atque si internam cubiti secueris: multum enim iuuat afflictum liene sanguinis ex sinistro brachio detracit. Praestant autem semel quatum conueniat extraxisse, sed in duos dies id partiri satius est. Inuenire tñ nequeo, quam ob rem medici liuenis sanguinem detrahere neglexerint: siquidem

Asiquidē ego ingētem perpetuam utilitatem prouenire cōspexi, si uel libra duntaxat una detracta foret. Vacuationis tñ mensura ex dictis scopis coniicenda est. Quin & pleuritidis, quæ è directo laborantis lateris adhibita fuit sanguinis missio, clarissimam sæpe utilitatem attulit; quæ uero ex brachio opposito, aut oīno obscuram, aut certe post temporis interuallum. Ad hæc, oculo rum persæpe dolores grauissimos et directo uene, quam humeralem nominant, sectio intra horæ unius spaciū compescuit. Conari aut in omnibus affectibus præstat, post modicam sanguinis missionem iterato mittere: interim eodem die, si ita expedire videatur: interim postridie: nisi qñ, ut ante dictum est, ad animi deliquium euacuationem ducere conueniat. Itaq; dolentibus oculis humeralis uocata uena, quæq; ex ea deriuata est, in cubito incisæ, luculentum celeriter comodum afferunt: Affecto uero latere, aut pulmone, aut septo trāfuerso, aut liene, aut iecore, aut uentriculo, ea quæ per alas ad cubiti iuncturam pertingit. Hoc autem casu maxime interior secunda uenit: quod si nō, certe ea quæ ab ipsa diducta, in iuncturæ appareat flexura. Nouistis sanè paulo ante ab humerali uena prædictam diduci, ipsam connectentē. Nam hi tres sunt loci mittendi ex cubito sanguinis, interior, exterior, medius. Igitur interior utilis est in iis, quibus inferiores collo partes patiuntur: Exterior uero in iis, quibus quæ his superiores sunt, ut facies, aut caput. Medius locus interdum utrasque habet diductas uenas in ulteriorem brachii partē tendentes, ac deinde hic coeuntes: interim uero celeriter in unum mutuò congregientes, in ipso uidelicet iuncturæ flexu: ac non nunquam obscuram earum alteram, claram uero alteram. Itaque ubi uena, quæ parti affectæ propria est, obscurior fuerit, & ad medianum aliquam accedas, conare, quæ à propria diducitur, potius incidere. Est uero ubi & quæ inferiores sunt cubiti iunctura, eas, quæ in ulna existunt scilicet, nihil secare prohibeat, ubi nimirum quæ in cubito sunt non apparent, sed eas certe quæ in rectum sunt affectis. Porrò tam perspicuum sæpe celereq; remediū, quæ è directo affectis partibus uenæ secantur afferunt, ut & qui patiuntur, & familiares ipsorum, sæpenumero obstupescant.

Historia Oeconomi Romani diuitis, qui fuit ab oculorum inflammatione, ac cæcitatis periculo, per sanguinis missionem è directo, liberatus.

CAP. 17.

Itaque ego olim rogatus sum à diuite quopiam in suburbis Romanæ urbis, ut rerum suarum Oeconomum inuicerem, cui cæcitatis imminebat periculum, nā ita ille dicebat: certe magno dolore uexabatur, idq; diebus iā uiginti. Diuitis autem illius familiae præfetus erat medicus se-
Ccœ Erasistratæ, anxie semper uenæ sectionem refugiens, Vbi ergo laborante inspecto, iauenē eum multi sanguinis cognouissem: ac oculos quidem nondum ulceratos habere, cæterū phlegmonem maxima fluxionemq; tum in ambabus palpebris densitatem, atq; in altera quasdam etasperitates: à quib⁹ oborta caligine ægrotus magis magisq; dolebat, ac phlegmone fluxioq; acerbabantur: his inquam cōspectis, cognitaq; omni ratione curationis, qua medicus ille usus fuerat: me quidem affidue in suburbium uenire posse negabam, cæterum ex usu esse, ut triduū, ut minimum hominem paruis temporum interuallis inspicerem. Permitte igitur illum inquam mihi, si uidetur, tres hosce dies. Immo uero, inquit, ut facias obsecro, gratiamq; habebo: quin iā hominē tecum ad ædes tuas in urbem abhuc. Venit autem circiter horam quintā: ac prima protinus detractione tres sanguinis libras exhausi, deinde hora nona aliam. A quibus mirifice refeatus, inunctus est postero die mollium collyriorum quopiam, cui admistum erat, qđ uinum habet, sicuti in eiusmodi facere consueuimus, illitu sub palpebris facto, specilli cuspide in summo medicamen impositum ferēte. Id primum quidem mane faciebam, deinde ad horam tertiam, postea ad nonam. Post quas iniunctiones sub occasum Solis in balneum duetus est. Postero dein de die, palpebris extra uersis bis inunctus est, maiore copia collyrii illius quod uinum recipit,
Dmolli illi collyrio admista: dein ad uesperā lotus est. Postridie uero mane obuius diuiti illi egrefus, eo loci ubi ex uehiculari descendere solent, salutauit illum oculis apertis, phlegmoneq; ac fluxione planè liberis, qui ante biduū illos ne aperire quidem præ fluxione, atq; dolore potuerat. Itaq; res incantationi similis uisa est, adeo ut & ipse ille curationis celeritatem admiratus, exclamaret, unaq; qui cum eo erant omnes in clamorem prorumperent: cū nos interim haud magnū quippiam fecissemus, nisi tātum ex medici illius comparatione, qui summum malum attulerat uenæ sectionis metu: Porrò ex palpebris restabant extergendæ laboranti, tum densitates illæ, tum asperitates, cæterum id fieri non poterat citra medicamentū mordax. Atqui ferre illud neutiquam potuisset, nisi prius uacuatus foret: dictum enim sæpe à nobis demonstratumq; est, ac ria omnia medicamenta parti cuius admota, nisi uacuum corpus omne fuerit, atq; ad amissim excrementi expers, fluxionem attrahere, phlegmonēq; efficere. Percontatus itaq; tunc diues, quænam ea fuisse incantatio, req; omni intellecta, exinde Erasistratæum illum medicum εἰαρούσιον, quasi dicas sanguifugum, nominabat. Hæc itaq; narratio utriusq; indicationem continet, tum q; in affectionibus eiusmodi uenam secare oporteat, quod in præsenti oratione propositum nobis haud erat: tum quod è directo laborantium partium: præterea humerales uenas secandas, ubi superiores pectore partes laborant.

DE CURANDI RATIONE

C A P . 18. E

Porrò quemadmodum predictæ omnes partes in cubito secta uena iuuantur, ut dictum est: sic quæ his inferiores sunt, illis quæ per poplites, & malleolos decurrent. Sunt autem dictis inferiores coxendix, uterus, uestica. At renes cui parti adscribi debeant, ambigunt: siquidem inferiores sunt ijs, quas prius recensuimus: superiores uero q̄ eæ, quas secundo loco. Itaq; missò ex cubito sanguini interdū auscultant, ubi uidelicet recens fuerit phlegmone, copiaq; sanguinis aſſuerit: quibus uero affectio inest, quā proprie nephritis nominat, eam quæ in poplite est ſecare expedit, aut certe quæ in malleolis ſunt. Porrò uteri inflammatiōes magis ēt q̄ renū, à uenis in crure ſectis iuuantur. Nam quæ ex cubito ſiunt euacuationes, aliud ēthū adiunctum malum, nēpe q̄ purgationes menstruas comprimant, ſanguinē ad superiores corporis partes retrahēdo: Quæ uero ſiunt ex cruribus, tñ ab eſt ut retrahant, ut etiam menses promoueant: ac ubi id face re uolueris, tps confueti mulieri circuitus tribus quatuor diebus anteueriens, aut uena incifa, aut ſcarificatis malleolis cruris unius, pauculum euacuato: deinde poſtero die ſimiliter facito in crure altero: ut tñ etiā iſtis diebus, in quibus uacuas, & ante eos quatuor aut quinq; extenuantē uictum procures. Conscriptus eſt aut à nobis ſeorsum liber de uictu extenuante. Sed mulieribus ſine huic ſimodi uictus ratione menses abunde prouocant, & nepita, & pulegium. Exhibebis ea F in melicrato cocta, ſed antea contusa, arida, cribroque ſubtili discreta, ac rurſum trita uſq; dum pollinem tenuitatem referant: ita deniq; melicrato inſperge. Porrò cōuenientiſſimum potui tempus eſt à balneo, in uolutis adhuc linteo. Atq; hæc quidem medicamenta mitia ſunt. Valentiora ſunt, ſauina, & dictānum, cæterum uſus ante dictis ſimilis. Datur autem & hoc tpe medicamentum, quod proprie amarum appellaſt, centum habens drachmas aloes, miſis aliorū medicamentiū cuiusq; ſex. Optimum eſt, ubi cinnamomum acceperit. Sed hæc obiter ſint dicta, quanquā non a ſe ipſa aliena, qñquidem ſanguinis ex utero fluxui auxiliantur, cum euacuatione ex cruribus, quæ fiat aut malleolis ſcarificatis, aut incifa in talo, aut poplite uena. Memini me iſchiadas, ſue coxendices, uno die facta ex crure euacuatione curaffe, nimirum ubi non ex frigore, ſed impletis ſanguine, quæ in coxa ſunt, uenis, proueniffent. Quare ſecta in poplite uena coniudior ita affectis eſt, quam in malleolo: ſcarificatio autem nihil perſpicuo illis prodeſt.

Deratione uacuandi per ſectionem uenarum, in initij, ac finibus fluxionum: ac eo quoque tempore C A P . 19. G
cum praefeuare ab imminentibus morbis uoluerimus.

Porrò, ut ſummatim dicam, incipientes phlegmonas reuulſu euacuare oportet: quæ uero in ueteratae iam ſunt, ex ipſis, ſi fieri potet, affectis partibus; quod ſi nequeat, ſaltem ex uiciniis. Etenim in incipientibus, auertere quod influit expedit: in inueteratis autem, ipsum tantum qđ affecta parti infixum eſt, euacuare. Euacuabitur porrò id optimè per uenas coniunctas cum ijs, quæ in partibus ipſis ſunt ſitæ. Huic rationi experientia quoque ſubſcribit. Quocirca quæ in gutture & arteria, graui torquentur inflammatione, in principio quidem ſecta in cubito uena, post principium autem ſub ipſa lingua, magnifice prodeſt, incifis uidelicet uenis, quæ ſub ea ſunt, ambabus. Sic induratæ phlegmonarum in oculis reliquæ, ſecta quæ ad magnum decurrat angulum uenæ, mirifice iuuantur. Sicut capitis grauitates, & inueteratos in eo ex plenitudine dolores leuare manifeſte ſoleat rufa in fronte uena: At incipientes, aut etiā uigentes, per cucurbitam in ceruice procurata retractio, interim quidem ſolam, interim cum ſcarificatione. Cæterum præuacuatum eſſe corpus uniuersum oportet. Eadem ratione incipientes in occipitio dolores, aut etiā uigentes, incifa frontis uena iuuat. Quippe reuulfiones cum euacuatione adhiberi magis debent in fluxionibus incipientibus: quæ uero ſiunt, ex ipſis partibus affectis, aut illis uiciniis, in phlegmonis quæ uelut ſcirri naturam referunt. In quibus autem corporibus nulla dum particula affecta eſt, cæterum uacuationem uere ineunte anteuerimus, in ijs, ſi quidem talis ſit homo, qui quotannis & ſtio tempore febrilibus morbis obnoxius eſſe aſſolet, atq; eorum ſuppe H ditationem euacuare ſtudemus, & que pars quæuis in ſanguinis detractionem accommoda eſt: ſicut ſand etiam ſi arthriticus ſit, omnibus articulis laborans. Quibus autem eximie pars quæpiam, ubi prius euacuati non fuerint, infestetur, haud & que liceat ex quauis parte euacuationem moliri, uerum ſicut in ijs, qui pati iam occipiunt. Quamobrem podagricos ex cubito euacuator, comitalibus uero morbis uertiginibusq; obnoxios, potius ex cruribus. Cæterum ſi retentæ hæmorrhoides mirtedi ſanguinis occasio ſint, ſi quidē cohibere eas uoles, quæ in brachio ſunt: ſin prouocare, q̄ in cruribus ſunt, uenas ſecare conuenit; at in ijs, quibus repressi ſunt menses, ſemper in cruribus. Non n. ut in hæmorrhoidibus quidā eiūſmodi liberati euacuatione uolunt, quidam habere etiam gaudent, ita quoq; ſe res habet in mensum purgatione. Quippe cum hæmorrhoidum euacuationem uereamur, ne in tantam euadat immoderationem, ut hoſem uel protinus interimat, uel hydropticum, aut cacheeticū hoc eſt habitus mali, reddat: At uteri purgationibus, ut quæ ſcdm naturā ſunt, tale nihil euenit. Accedit tñ aliquā, ut ex utero per erosionem ſanguis erūpat, in quibus nō idem eſt curationis ſcopus: ſi quidē haud effluere ſanguinem uolumus uti ex mensibus, ſed plane ſistere conſilium eſt. Cois ergo in hiſ omnibus, iis qui uere ineunte ad ſanguinis missionem accedunt, hæc ratio eſt. Si quidē inſigniter inſirmam partem aliquam ha beant,

Abeant, in quam quæ colligitur plenitudo decumbat, per reuulsionem euacuare: at si tale nihil sit quæ cuique magis placebit, excepta tamen aut hæmorrhoidis, aut mensum retentione, ut paucum ante definiuimus.

Aduersus eos qui primis tantum morbi diebus sanguinem mittebant. C A P. 20.

De hoc sanè potestate & supra dictum est: ueruntamen sanguis fuerit & hic quoq; omnia persicere, omnibus quæ ante dicta sunt, in unum collectis, & i. qua non distincta sunt, una discrētis. Igitur universim hoc sciendum, in sanguinis missione dierum numero primum haud esse attendendum, sicut quidam scripsere: ac non nulli admodū ridicule, post tertiae diei paroxysmum, quando uidelicet, ut aiunt, dignotio quedam habetur, qualis sit in forma, & moribus, atq; adeo tota natura suamoribus. Alij extremū terminum mittendi sanguinis definiunt dien. quartum: intra quem missionem sanguinis concedunt in paroxysmorū interuallis adhibendam, lege quo libeat die. Alij detrahere festinant, quibus sanguinis detractionē ex usu esse statuerimus transfluente etiam nū eo, ac ubi nec dum firmiter in parte aliqua superfluitatem recipiente inhaerit, unum modo cōsiderantes, nū corruptio aliqua cibi in uentre concoquendi sit facta, aut tarda concoctio, aut etiam cibi in eo contineantur. Ergo q; maturandū sit, in quibus uacuatio ex u-

Bsu est, nisi prius concoqui aut cibos, aut in primis uenis contentos semicoctos succos, oporteat rectissime præcipiunt, habendaq; fides. Verū quoniam quintum sæpe diem, aut sextum ab initio expectant, priusquam nos ad curādum accersunt, expedit nihilo secius quoq; sanguinem detrahere, etiam si huius auxiliij primum tempus sit omisum. Quocūq; enim die mittendi sanguinis scopos in laborante inueneris, in eo auxiliū illud adhibeto, etiam si uel uigesimus is ab initio extiterit. At, qui nam fuerint hi scopi? Morbus ingens, Roburque uirium, excepta ætate puerili, & aere nos ambiente ualde calido. Porrò autem quoniam prius exoluitur temporis tractu inplerisque morbis uirtus, idcirco & mittendi sanguinis occasio dierum numero deperditur: non tanq; primario id dies efficiunt, sed re aliqua intercedente, nempe uirium dissolutione. Itaque si quando uel secundo à principio die uires exolui uideantur, à uena secunda abstinebimus.

De hora in detractione sanguinis eligenda. C A P. 22.

Sed enim quod in ipso rursum die in quo sanguinem mittimus, obseruanda sit febris declinatio, clarere satis arbitror: quanquā quibusdam id non satis sit notū, qui manè tantum tundenam esse uenam, aut ad summum in horam usque quintam aut sextam, existimant. Verum si quis memoria tenet quæ teto supralibro sunt dicta, nihil tale committet, sanguinem mittēs quavis diei noctisq; hora, modo respiciat, in febrentibus quidem particulariū paroxysmorū declinationē: in q; bus aut aut ob oculorū lippitudinem, aut aliud simile, citra febrē, hoc opus est auxilio, non declinationem oīnō, cum oīnō febris non adsit, sed magnitudinem aut doloris, aut phlegmones, aut totius affectus, in quo secta opus est uena, inspicere conuenit. Cum autē nihil eiusmodi aut urgeat, aut prohibeat, præstat mane uenam incidere, haud protinus ex somno excitis, uerum circiter horam unam iam antea uigilatibus. Dictum est autem, q; & lauacro uti quibusdam expedit: quod si uerum est, & præeunte quoq; ambulatione non nullis. Cæterum in quibus uere ineunte uenam incidere aggredimur, aut propter febris metum, aut alterius cuiuspiam affectus, scio me sanguinem misisse quibusdam etiam, poste aquam rerum solitarum quippiam obijsēt siue in ludo literario, siue in officiis, siue in foro, siue in ædibus. Iteratæ tamen detractionis tempus, in quibus simpliciter quidem uacuare conamur, eodem die esto: at in quibus reuellere, si uel duobus deinceps diebus fiat, melius fuerit. Porrò intento semper animo in omnibus id genus in laborantis uires esto, manu iugiter arterijs illius admota: sunt enim quidam tam ad patiendum apti, ut confertam inanitionem non ferant: quo casu, refecto primo die ægroto, iterare secundo detractionem expedit.

De affectibus, qui arterijs in capite dissectis iuuantur.

C A P. 22.

Quod autem arterias antiqui uenas appellabant, & à nobis alibi demonstratum est, & ante nos alijs confessum extitit. Ob id ipsum ergo, ac præterea ob disciplinarum affinitatem, cōpendij gratia satius mihi uisum est, haud alium conscribere librum de arteria secunda, sed orationi de secunda uena annexere, atq; id ipsum in hac parte, in qua cōsideramus quas uenas ob quas partes affectas secare oporteat. Sicut enim alias uenas ob alias affectas partes ostēdim⁹ se cadas, sic quoq; & quæ in temporibus sunt arterias, & q; post aures, incidere medicis mos est: in temporibus quidem, infestantibus oculos fluxionibus tum calidis, tum spirituosis: post aures uero, in uertiginosis maxime, & iis qui diuturnis doloribus capitum calidis ac spirituolis affligunt.

Iā uero & ob alios quoq; affectus in capite consistentes diutinos, sunt qui arteriarum post au- res utuntur sectione. Non tñ in ulla alia particula paciente eā adhibuerunt, tametsi multæ sint, quibus hoc potius auxilio, q; uenæ sectione, sit opus: ubi enim calidus spiritu susque infestus est sanguis in arterijs aceruatus, illic communibus parti affectæ sectis arteriis est opus: uerum propter difficilem eruptionis sanguinis compressionem, arterias medici incidere metuunt: quippe cum, si quis in secunda forte uena arteriam vulnerauit, ægre statim sanguinis eruptionem compescat: ac ubi res optime cadat ad cicatricem perducta diuisione, tamen aneurisma fiat.

De

DE CVRAN. RAT. PER SANG. MISS.

De periculo impidente ijs, quibus non restat dissecare sunt arteriae: & quo pacto Galenus somny monitu eas ausus est dissecare.

CAP. 23.

E

Quin & interiisse quosdam noui ab arteria interiori in cubito uenæ subiecta, nō nullos quidem protinus ob uinculum circumpositum, uolentibus medicis sistere sanguinis eruptio nem, in gangrænam incidentes: atq; postea in aneurismate manu curando defunctos, necesse enim hic est laqueo uasculum constringere. Itaq; maiusculas proinde arterias medici refugiūt, parvas autem tanquam haud ita multum profuturas: quanquam & ipsæ quoq; non nunq; haud paruum attulisse cōmodum uisæ sunt, cum hoc q; & citra aneurisma cicatrice claudantur. Quin & si maior sit arteria & ipsa quoq; citra aneurisma cicatrice includi potest, tota nimirum dissecta: idq; ipsum sāpē numero imminēs ex sanguinis profluio discrimen sustulit: clare enim apparet, cum tota trāuersim per se totam discinditur, reuulsis utrinq; partibus ambabus, unam sursum, alteram deorsum concedere. Atq; id quidem & uenis, uerum moderate, usuuenit, sed arteriis semper plus quam uenis. Sanè uero quæ mihi occasio extiterit secundæ arteriæ, nunc iā tibi edisseram. Monitus per quædam insomnia, quorum duo perspicuo mihi uisa sunt, accessi ad dextræ manus arteriam, inter indicem & pollicem sitā: siuīq; fluere, donec sponte sanguinis resistret, nam ita somnium præceperat: effluxit autē non tota libra. Subito itaq; diuturnus extinctus dolor est in illa maxime parte fixus, qua iecur septo transuerso committitur. Mihi quidem hoc etat iuuenili euénit. At minister Dei Pergami, diutino lateris cruciatu laborans, liberatus est arteria in summa manu incisa, aggressus & ipse illud insomniū monitu. Porrò alteri cui ex uulnere in malleolo inficto dissecata arteria fuerat, sanguinis quidem cursus haud quieuit, donec ego uocatus totam dissecui: ac medicamento ex aloë & manna & ouorum albumine, pilis leporum molliusculis imposito, usus fui: citraq; aneurisma curatum est uulnus, obducta uidelicet arteriæ osculo carne. Vir autem ille quartum iam annum haud exiguis temporum interuallis coxæ dolore uexatus, exinde prorsum sanus extitit. Hæc itaque mihi persuaserunt, ut subinde in summis artibus, immo & in capite, arterias secarem in omnibus doloribus, qui à calida spirituosaque substantia nasci uidebantur, & maxime in membranis: quarum dolor punctioni similis est, ac sensim expanditur, pungente quidem sensu una in parte, tanquam in affecti loci centro, infixus tensionis uero sensum percipiente omni circumcirca ad centrum particula.

SEXTAE CLASSIS FINIS.

aaaaaa bbbbbb cccccc dddd dd

Omnes sunt terniones, præter dddd d d duernionem.

Venetij, Apud Iuntas.

16
SOCIETY OF THE FRIENDS
SEPT 18 1870

CHAPTER CLXXXVII.

YOUNG APOLLO.